


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Cet ouvrage est
d'Eustache Evesque
de Thessalonique
il y a traduction
Latine en François
faicte en François
par M. Bellechamp
comme par plusieurs
ouvrages sçachons
et l'original
est en grec

VII A 22

KW 224
D 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42



Lugduni Batavo. *apud*
Davidem Lopez de Haro
CIƆ IƆCXLIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

STUDIOSÆ IU-
VENTVTI
in Academia Lugunô-
BATAVA
S. D.

DAVID LOPEZ DE HARO.
Bibliop.

CONſideranti, cui inſignes hos, de Iſmeniæ & Iſmenes amoribus, libellos dicarem, te potior nemo occurrebat, generoſa, nobiliſsima & lectiſſima juventus, quæ illuſtrem hanc Batavorum Academiam præſentiâ tuâ illuſtriorem facis. Caſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

hîc ſunt amores; varii amantium caſus; clauſtri virginalis, nullis non blanditiarum telis fruſtra admotis, inacceſſi, exemplum laudabile; in fide ſemel data, poſt rerum acerba diſcrimina, & ſpem lautioris matrimonii objectã, conſtans perſeverantia; Vana quoque amatorum ſomnia, terriculamenta, impotens animus; amoris ïmprobi prudens reprehenſio; nudi Veneris pueri in utriuſque ſexus. omniſque ordinis homines dominatio ſæva; triſtis illius ſervitutis execrabile odium: & alia non minus utilia quã jucunda. Structura fabulæ inge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ingenioſa, ſcripta Græco ſermone, ab Euſtathio Epiſcopo, commentationibus ad Homerum editis noto; verſionem Latinam noſtris typis ſolam deſcripſimus, ut ab iis, qui Græci ſermonis peritiam non habent, commode legi & ſine moleſtia portari poſſit: Sunt. fateor, obſoletæ voces non paucæ, quas interpres ſtudio, nî fallor, conquiſivit, Vt ut ſit. meum non eſt, tantas Grammaticorum componere lites. Rem ipſam laudamus, non verba: hæc, modo rei geſta ſeriem reštè explanent, excuſanda. Sed cur vobis obtulerim, egregii Iuvenes, caſtos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

hos amores, multa me incitarunt; hæc præcipua. Non ignorabam, ſtudiorum laſſari ingenia ſolidiorum nimia tractatione, miſcenda interdum amœniora, quo alacrius ſeria paulum omiſſa capeſſere poſſint: cauſa mehercule ſufficiens, cur vobis inſcriberetur opus, quod delectaret laſſos. Sed addo aliam, & appello conſcientiam veſtram, qui delectamini puellularum conſortio, (& quis omnium non delectatur?) legite hos libellos, relegite: decedant horas, quas illis ſolebatis, vel hujus libri lectioni interdum date, cautius mercari mercem periculoſam vos docebunt. Hæc

dico,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

dico, non quod ego Dictator novus veſtrorum actuum cenſuram mihi arrogare auderem, ſed ut vobis ratio facti noſtri conſtaret. Accipite ergo lubenti animo, quæ vobis appono; bellaria, & ſi operam noſtram non omnino inutilem fuiſſe videro, expectate ejuſdem coloris alia eruditiora. Ego de vobis omnibus pro virium mearum tenuitate, bene mereri nunquam ceſſabo. Valete quotquot eſtis hujus Academiæ cives, generoſi, nobiliſſimi, præſtantiſſimi juvenes, & laboribus noſtris favete.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

EUSTATHII
DE
Iſmeniæ & Iſmenes
AMORIBVS,
LIB. I.

VRBS Eurycomis nobilis eſt, quia mari cingitur, fluviis alluitur, pratorum amœnitate commendatur, ac delitiis omnibus affluit. Cæterûm pietate & illuſtres Athenas ſuperat; tota in aris, ſacrificiis ac donariis occupatiſſima; dies ſacros edicit, ſolennia feſtorum celebrat, Iovi aliiſq; numinibus rite rem facit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

facit. In hac civitate Diaſiorum tempore præcones ſortiri mos eſt. hæc enim conſuetudo ſcriptâ pariter lege rata eſt; cœlibes urbis præcipuos ſortiri: ille autem cui ſors obtigerit, lauro coronatus mittitur. Cecidit ſuper me, confeſtimque coronatus & Aulycomidem iturus præco declaratus ſum. Itaque templo egreſſum ſacra veſte calceôq; ac lauri corona inluſtrem excepit populus; cymbaliſque, lampadibus, tædis, & cantibus proſequutus abeunti ſacrum veluti comita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

tum inſtruxit. Erecta igitur urbs, & ex omni circa me illius frequentia hic ſalutat, hic amplectitur, alius ſaltationem explicat, & quo quiſq; poteſt honore colit. Videbar undoſi fluminis circumitione vallari. Una vox eademque totius urbis ſonat; Iſmeniam præconem non exiguam aliquam civitatem, ſed Aulycomidem ire; quam tandem perveni. Ea porro quæ medio tempore acciderunt, remetiri opus non eſt. Aulycomidem ingreſſus, non ut præco, ſed ut numen exceptus ſum. Accur-

currit miltitudo quæ vicos ornat, myrtis ſolum ſternit, unguentis aera inficit, roſis floribuſque omnes purpurat. Me ſplēdida civium corona cingit, qualis diſcipulorum SOcratem: omnes ſcilicet enixè ad ſe trahunt; felicem illum exiſtimant apud quem diverterem, magnæ urbis legatus, magnarum ergo rerum miſſus. Vicit tandem Soſthenes, curruque ad ædes ductum, honorificè ac comiter habuit: hortum demum ſuccedere voluit. Ille autem gratiarum voluptatiſque locus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

locus erat. nam arborum copia refertus florum varietate abundabat: hinc cupreſſorum ordines & myrti, quarum rami atque frondes mutuo complexu ita ſe nectebant ut uſum tecti præſtarent; hinc & racemis crinitæ vites; ac erumpentes foliis violæ præter odoris fragrantiam aſpectum recreabant: etjam roſæ, quarum illa é calyculo jam tum prominebat, illa folia nondum expanſa non parturiverat, illius jam decidua marcebant: Ibidem interſita lilia odoratum recreant, ſpe-
ctan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ctantem morantur, dubi-
umque manet cui victoria
cedat. Hæc omnia oculis
arbitratus, Alcinoi hortũ
inſpicere mihi videbar, &
quæcumq; de Elyſio poe-
tarum carminibus magni-
ficè celebrantur pro fabu-
lis habenda nõ duxi. Lauri
enim, myrti, cupeſſi, vi-
tes præter maximam plã-
tarum diverſitatem qui-
bus ornatur hortus, aut
potius quas hortus habet,
ramis veluti manibus ex-
panſis hortum tamquam
choro inſtituto florida
concameratione tegunt:
tantum autem ſolis radios
ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

admittunt, quantum leniter flans zephyrus contextas frondes concutiendo dimovet. Hoc aſpectu defixus non potui non exclamare, O Soſthenes, ut veré aurea me catena ligaſti. Fons quatuor aut circiter cubitos altus in fundæ figuram aſſurgit: in medio tubus columnæ forma centri rationem ad putei ambitum ſervat. Lapideus eſt tubus ex lapide Theſſalico & multicolore; cujus in vertice phialæ inaurata inſidet aquila, quæ expanſis alis lavare viſa ore lymphas ejaculatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

tur. Proxima eſt recens à partu capra, quæ anterioribus inclinatis pedibus ex aqua bibit, quantumque aquis inhiet, ideo ab mulgendo caprarius non ceſſat: verum ſuppoſito vaſe perforato lac excidit. Ibidem & lepus dextro anteriorum pedum ſibi fontem ſecundum magnitudinem oris fodit, totas ex potu maxillas madidus Videas & hirundinem, pavonem & columbam cum turture & gallo gallinaceo: quæ ſingula partim fabricatus erat Vulcanus, partim Dædalus perfece-
rat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

rat: Quæ ab horum labiis aqua cadit, mox cum ſtrepitu fluens vocem avibus tribuit. Arborum folia vẽto trepidantia dulci ſibilo ſtrident: ita volucres ſuaviter exiſtimes modulari. Aqua perſpicua lapidum colores admittit: fundum inſularis ornat lapis nigricantibus maculis diſtinctus (picturam nigredo imitatur) illicque

Vibrata in lenes fluctus circircumſtrepit unda.

Ambitus Chio marmore, Laconico, Theſſalico, ac alio multicolore alternatim & per vices mutuò con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

conjunctis ſplendet: ita jucundum oculorum ſpectaculum fuit fons tam eleganti variâque perfectus arte: evomentes aquam volucres, Theſſalica phiala, cum aurata ave quæ fontem ore ferebat. Lecti in circuitu ordine poſiti, non lignei, aut eburnei, ſed lapidei fuere. Theſſalico marmore baſis, Chalcidico latera ornantur; ſemicirculi ex Pentelico lectis ad pedum quietem paratis proximant: myrti copioſæ, connexæque & in tectum directæ illos operiunt. Hoc aſpectu defixus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ſixus, penè obmutueruã, cum me Soſtenes depoſitis legationis inſignibus menſæ accumbere juſſit. Quod ubi exequutus ſum, accubuit & Cratiſthenes qui mecum navigarat, mihi chariſſimus, adeoque alius Iſmenias. ſic enim amicitiam definio. Eduliorum variorum copioſa fercula numerare nihil attinet. Iſmenem filiam virginem Soſthenes vinum præbere juſſit. Illa veſtem cincta, manus ad cubitum nuda, linteum tenui funiculo cervici alligavit, columbęque propinqua ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

nus lavit, volucris ore ad hanc rem uſa. Mox argenteum vas ſublatum aquilæ roſtro ſuppoſuit, totumq; unica decidētis aquæ bulla replevit, tanto cum impetu affluebat: poſtquam proxima vaſi pocula ſtatuit, aqua abluit, ad miniſterium parata conſtitit. Primus Soſthenes bibit. nec enim ut biberē perſuadere potuit. Subſequuta eſt Panthia. Mihi tertium poculum virgo præbuit; audientique ac tacito, Salvus eſto, leniter inſuſurravit. Ego maxima cum voluptate bibi, quoniam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

poculo, frigida ac perſpicua aqua & ſuaviſſimi vini hauſtu eximiè delectabat: quibus dulcius uihil accidat ſitienti homini, & ardore ſuccenſo ac æſtuanti: Cratiſthenes ultimus nectar bibit. ſic enim Aulycomidis vinum appello. Ut ſatis opiparè detruncavimus cibos, rurſus excepere pocula. Ad me Iſmene venit, tenuîque & admodum deminuta voce infit, Habes ab ejuſdem nominis puella poculnm: & cũ dicto pedem meum ſuo impoſito tandiu preſſit, quamdiu ego bibi. Erubui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

rubui per Deos, dictoque pene inſectatus ſum: ſed tota res fortuitò accidiſſe viſa. Iterum poſt cibos ingeſti calices, tertiòque Iſmene acceſſit; ſed oblatum, quod protenſa manu arripui poculum, ſuis avelli manibus non ſinebat. Nam geſtus quidem præbentis fuit, revera autem non demittebat. Ortum eſt inter nos certamen, vicitque puella præconem. Puduit me ſuperatum; virginemque præconis lingua, libera voce, caſto animo, cur poculum præbere recuſaret, aut quid vellet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

interrogavi. Illa confeſtim pavida, genis plus ſolito rubentibus, demiſſiſque in terram oculis manum à poculo abſtinuit. Ita verecundo vultum ſuffuſa rubore veluti gravi tonitru procellâq; ſideris tacta ſtetit. Panthia defixis in puellam luminibus, ira, indignatione, ſanguine ſuffuſis, caput, manus, pedes, cervicem intuita, totam denique percnrrens, illi ſuccenſebat & iraſcebatur. Erubuit primò totis genis, ita ut ruborem iracundia indubiè pareret: mox palluit, ita ut omnis

omnis ille rubor in virginis faciem tranſcurriſſe videretur. At Soſthenes acri virginem obtutu defigens, & caput quaſſans. oculis inde ſtatim averſis, hæc addidit: Diaſiorum tempus eſt quæ jucundè nobis peragenda; hoc unum agamus: urget præſentia Iovis, qui his epulis adeſt, quoniam ejns hoc convivium & præco, me digito monſtrans. Cratiſthenes interim mihi proximus, pedem ſuum meo imponens, manuque tacite pulſans, ſilere jubet. Ego quis aut unde eſſem

neſciebam ; ita tacentem rubor, pallor, timor, pudorque occupaverant: pudor propter Soſthenem, Panthiam, Iſmenem, meũ etiam Cratiſthenem. Itaque deſtinato contuitu menſam intuebar, ab illa diſcedere cupidus. Virgo juſſa patri vinum præbuit, mox Panthiæ mihiqne. Tum verò Soſthenes : Iſmenia, feſti Ioviſque poculum hoc eſt : tu modò inter epulas & pocula hilaris eſto, Et tu quoque, mi Soſthenes, ſubjeci, qui nos adeò ſplendidè amanterque excepiſti. Dumq;

pocu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

poculum invado, quod præbebat Iſmene, acri me obtutu defigens, illa tenuem imo de pectore ſuſpiritum ducens, digitum meum preſſit. Ego Cratiſtheni obſequutús tacui, finemque hunc convivium habuit. Soſthenes ac Panthia nobis cubiculo redditis vale facto diſceſſerunt: ſola remanſit Iſmene tribus ancillis comitata, quarum altera hauſtam ex fonte aquam. altera ſublatum in humeros argenteum vas, tertia linteum candidiſſimũ adtulit. Ego & Cratiſthenes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

mollibus collocati lectulis decubuimus, donec vaſe propter lectum poſito, injectâque in pedes meos aqua Iſmene de geniculis illos lavit, (nam hoc præconibus religionis ergo tribuitur) longumq; conſtringens detinuit. Ampleus & oſcula crebrò ac furtim ingeſſit, levicula denique unguium titillatione corraſit. Ego ad alia tacitus omniumque patiens, inuitus tamen in riſum erupi. Reſpexit ad riſum Iſmene, intentiſque in me defixa oculis, mox illios dimiſit, intuita tota-
moris

moris indiciis me núſquã adlubeſcere: ſtatimq; accepto ex ancillæ manibus linteo pedes nitidat, ac ſalutem precata cubiculo exterminatur. Ego cibo potuque ac nocte gravatus in profundam quietem ſepultus ſum. Cratiſthenes circa tertiam vigiliam noctis me ſomno excuſſit, hoc increpans verſu:

Non oportet præconem totam noctem dormire.

Ego pudore & amicitia, licet difficulter evigilo. cibi enim potuſque ſatias ſomnos invitant. Atque ille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ille quidem ea, quę in convivio acciderant, riſuſque cauſam quærens, nimiam o quendi petulantiam aru e bat, hoc dicto;

Linguæ parcæ inter homines theſaurus optimus eſt,
Multaque gratia illius modeſtè loquentis.

Cætera, inquam, non ignoras, quia unà nobiſcũ fuiſti: de puella te docebo. Primum poculum cum præbuit, Salvus ſis, præco, leni ſuſurro infit: mox ab eiuſdem nominis virgine ſecundum habere juſſit, adeò deminuta voce ut auditum

ditum falleret; tamdiuque pedem meum ſuo impoſito preſſit qnamdiu bibi. Tertiò poculum quidem præbere videbatur, ſed tamen retinebat; itaque illa quæ audiuiſti, mihi exciderunt. Reliqua tu noſti, Panthiæ Soſthenisque irã, capitis motum, puellæ pudorem, ſilentium, conſternationem, ruborem, & ſingula quæ Diale veluti fulmine tacta perpeſſa eſt; quorũ omnium & maximè objurgationis tuę quę ſilentium imperavit, teſtor præconium, me pudebat. Atque hæc ſunt: quæ in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

in convivio evenerunt: quæ verò circa lectulum; Iſmene pedes meos lavit, preſſit, furti viſque ingeſtis oſculis tandem pedum ſolum unguibus leniter carpere auſa, in riſum coegit. O te felicem exclamavit Cratiſthenes; amat te pulcherrima puella: tu non redamas! Quidnam verò eſt redamare? ſubjeci. Hercules, reſpondit ille, quis ſimilem væcordiã vel fando audivit? at tibi Amor Venuſque mater & omnes Cupidinum illecebrę faveant. Ego iterum neſcius quis illorum mihi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

hi magiſter futurus eſſet, quæſivi: at Cratiſthenes, Animantia, inquit, ea quæ ab natura illis inſita ſunt ab ullo non docētur: conſeſtimque his dictis oculos iterum in quietem flexit.

LIBER SECUNDUS.

SEQUENTI die rurſus hortum ingreſſi, oculis ejus amœnitatem maxima cum animi voluptate arbitrati ſumus. Erat enim veluti bonorum omnium locus, deorum ſedes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

des, gratiis voluptatéque affluens; oculorum, cordis, membrorum, corporis denique totius voluptas, ſolatium, recreatio, requies. Cingebat illum mirabilis murorum corona, tantæ altitudinis, quantæ ſufficeret ad oculos greſſuſq; arcendum ab omnibus quæ in horto erant: præcipua picturæ elegantia fuit; inter cætera virgines quatuor ordine ſequentes obtutibus ſe meis objecere.

Prima coronato capite viſa eſt; corona gemmis radiat, quæ igneum coru-

ſcantes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ſcantes, humidum tamen fulgorem jaculantur. Affirmes mixta eſſe quæ miſceri nequeunt, aquam ſcilicet ignemque in eadem gemma; ſed perbellè ac lepidé. namqne ut ille rubore nativo fluctuat, ſic alius luce propria fulgurat. Ita lapidum naturæ pictor æmulos colores explicuit. Coronam uniones candidiſſimi, & rotundi magnitudinis inſolitæ cingunt. Steti defixis in hoc ſpectaculum oculis, reique miraculo ac voluptate perculſus grandinem igniſq; carbones conjunctos ex-

clamavi. Cratiſthenes (ad-
erat enim (vocabuli no-
vitate in riſum erupit. Cri-
nes virginis leniter emiſſi
& cervice dependuli at-
que in cincinnos diſtincti,
ſubflavi auri colorem re-
ferunt. Collum marmo-
reum torquis argẽtea co-
ronat, quam auri maculis
diſtinctam hyacinthina fi-
bula ſubnectit. Manus cã-
didiſſimæ ac verè puella-
res expanſa dextera mini-
mumque curvata caput
pendentemque ſronte car-
bunculum tractat ; læva
globulnm elegantem ge-
ſtat. Dextrum pedem ſine
calceo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

calceo porrigit, alterum veſtis occulit. Illepida ac ruris plena tunica. nam pictor omnem ornatum in virginis caput impenderat, reliquas corporis partes obuiis coloribus pinxit.

Secundæ quæ ſequebatur militare ſchema fuit, ſi vultum excipias. nam oculi ultrà quàm virginem decet ferociores: rutila galea caput ornat, pectus ſcuto tegitur, militari cingulo ilia & ſquammea tunica dorſum, palma manus ac reliquum corpus armata, manus præcipuè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

quamvis duriſſimæ, digit[i] molles erant: denique illa membra intuitus quæ nuda pictor exhibuit, virginem militari ornatu dicas: ea verò quæ armis inſtructa, militem ipſe affirmes. Atque hæc virgo, vel, ſi placet, miles, læva clypeum ſuſtinet, dextra longiſſimam haſtam Martis ſtylum.

Tertiæ virginea facies ac venerabilis, habitus ſimiliter, tunica, calceuſq;, caput foliorum florumque coronamine inluſtre, nongemmarnm aut unionum. Roſa tamē nulla viſa

eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

eſt, ſive illius non meminit pictor, ſive ille color quo roſa purpurat à reliquis victus eſt. Crinem tantiſper vagum coronæ nodus adſtrinxerat: album capitis tegmẽ frontis partem tegit: tenuiſſima puellæ veſtis, candida & talaris: dextra pectori impoſita cognominem papillam digiti lævam uti cuſtodes operiunt; ipſa penè ſine nutricibus exſtat: ſiniſtra veſtem circa femora coercet. etenim adverſus Boreas maximam partẽ circa calcaneum effuſam perflat. Ita virginis venera-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

tionem, venti audaciam, laciniæ ſubtilitatẽ pictor expreſſit. Non ideo tamen per virginis corpus flabat ſereni auctor Boreas. Pes melior lævo implicitus impoſituſque, & femori femur, ne tenuitate nimia veſtis corpus admiſſa luce pateficret. Nigras illã ſoleas pictor induit, optimas quidem, ſed virgini minus convenientes.

Quarta ex nube, quam paulò antè diſruptam ſuſpicari licet, decidua eſt. nam adhuc ex cœlo veluti deſpicit. Itaque tota cœleſtis habitu oris ac geſtu vene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

venerabili vultuque formoſo, rubram veſtem induitur; quæ tamen ſubalbeſcit, an corporis candor veſtem irradiat; id verò pictor videri noluit. Coma humeris immiſſa collectaque in tergo pendet: ſtat obtutum in cœlos cõverſa. Pedes tibiarumtenus veſte nudati: ſtateram flammamq; ambabus geſtat.

Is virginũ habitus fuit: cujus explicationem ſcire accuratius cupientes, literæ ſuper illarum capita exaratæ docuerunt: Jambus nempe qui in quatuor di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

viſus ſingulis nomẽ ſuum ttibuebat:

Prudentia, Fortitudo, Tẽperantia, Iuſtitia.

Tum verò collatô de illis inter nos ſermone, eorum quæ antea nobis ignota fuerant, rationẽ aſſequuti ſumus. Coronæ ſcilicet, gemmarumque, ac unionum, argentei monilis aureis diſtincti maculis, & hyacinthinæ fibulæ, dexteræ nutus omnes capite divitias ſuas geſtare indicat: lævæ globus univerſi dominam, ſine ornatu veſtis omnem ornatum præter capitis Prudentiam reſpu-

eſpuere ſignificat. Secundæ militare ſchema in milite virginem, in virgine militem oſtendit. Etenim Fortitudo naturâ miles, appellatione virgo eſt. Itaque quà ſine armis eſt, puellam nomine acſpecie refert: cum fortitudinem exhibet, militis habitu inſpiciēdam ſe præbet: ita cũ natura pictor nomen ſervavit & cum nomine naturam expreſſit. Tertia quæ ex floribus perpetuoque virentibus foliis coronam gerit, Caſtitas eſt. Vides ejus ornatum; contractas ne vagæ fluitent
 comas,
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

comas, caput pectuſqu
opertum, papillarum cu
ſtodiam, implicitum fe
miri femur, & contra ipſi
us venti impetum, caſti
tatem, ac cætera quæ ca
riſſimæ virgini aptiſſim
pictor tribuit. Amplecto
manum tuam, exoſculo
penicillũ gratiamq; pluri-
mam habeo tum multorũ
ergo, ſed præcipuè quia
virginis coronæ roſã nul-
lã adtexuiſti. Nihil enim
commune iſti virtuti cum
roſa, quæ Veneris ſangui-
ne tincta præ pudore etjã-
nũ rubet. Quarta quæ de-
cœlo proſpicit, cœleſtis

intecta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ntecta, cujus vultus radi-
t, quæ juſti & æqui ſtate-
eram cæteraq; geſtat, quæ
Themidi pictor optimè
ribuit, indubiè Juſtitia
eſt. Illa ſideribus oculos
conciliat, nihilque mor-
alis fecis retinet. His in-
ſpectis obtutu reliqua pla-
cuit arbitrari. Currus qua-
lis aut divitis Crœſi aut
Agamemnonis viſus eſt.
excelſus ac verè regius:
quo puer toto corpore
nudus vegitur. Mihi illum
verecundè intuenti veri-
verbium ſuccurrit:

Deſipere maximum ſine
dolore malum eſt.

Arcum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Arcum, ignemque man
bus ſuſtinet , depende
lateri pharetræ, & ance
gladius: pedes non uti vu
gi hominum, ſed alaru
remigio inſtructi : totiu
capitis eximia forma pue
rorum virginumq; omni
longe ſuperat, nempe D
orum ſimulachrum, Jovis
imago , Veneris cæſtus
Gratiarum campus adeò
que ipſiſſima Volupta
erat. Prolectante ſtudio
pulcherrimæ viſionis de-
pictas Thetidis nuptias
inſpeximus. Aderant Ju-
no, Minerva, Venuſque,
quibus comes factus eſt i-
ſte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

e puer. Convivium Diſ.
rdia turbat, fictumque
omum pluchriorem ac-
pere jubet formæ præ-
ium ab Paride judice,
ō ſine eodem Cupidine.
ttonitus hoc ſpectaculo
ratiſthenem ſic alloquu-
is ſum: Mira prorſus res
ſt ars pictoris, qui multa
upra rerum naturas pro-
igioſa, quæ animo fin-
it, poſtmodum colo-
ibus exprimit: verum ſi
ermittis explicabo pueri
icturam. Proxima virtu-
ibus vitia ſunt ac penè
uncta: hoc ſapientiſſimū
ictum puer ille depictus
indicat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

indicat, reique veritate
naturę pictura aptavit. I
telligo ænigma tuum, m
pictor; fabulam tene
animi ſenſa aſſequor:
Sphinx es, OEdipus ſũ
flexa velut ex tripode a
tumas, ego ſacerdos ſcr
pos tuos evolvam. Max
mæ acies puerum urbeſ
cingebant; mulieres, ſe
nes,

Et grege permixto pueri in
nuptæque puellæ;

Reges, Tyranni, Dynaſt
ad infimitatem obſequio
rum veniebant, non ut
regi, ſed uti Deo ſervitiũ
deferentes. Adſtant muli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

res manibus inter ſe con-
exis, magnitudinis inſo-
tæ, ætatis ante Iapeti tẽ-
ora. Inſolens utriuſque
abitus, color, & facies
iſſimili confecta ſenio.
Prima ſolarib. radiis ſplẽ-
let: candidi crines, oculi,
eſtis, facies, manus, pe-
les, totumque corpus. Se-
ũda tincta colore noctis:
nigri capilli, facies, manus
pedeſque, ac tunica. Am-
barum eadem ætas, idem
ſenium; diſſimilis color &
patria. Primæ Achaia eſſe
potuit, quæ formoſis mu-
lieribus abundat; ſecundæ
torridum Æthiopię ſolũ.
Iuxtà Fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Famulantur omne Ner-
ſimum pecus ;

aviumque ſęcula, facta in-
de avolandi libera pote-
ſtate. Leo ferarum domi-
nus ſimile obſequiũ præ-
ſtat: Ego ad Cratiſthenem
converſus : Cur, inquam,
relicto libero volatu inde
volucres celeri pennarum
plauſu non ſe eximunt ;
Leonem quam vis imma-
niſſimum omniumque a-
nimantium fortiſſimum,
talem tantumque nudi in-
fantis metus inceſſit : ubi
ungues, truculentæ lumi-
num acies, villoſum pe-
ctus & terribilis feroxque
rugi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ugitus; quibus omnibus plurimum valet? Etjam Reges, Principes, Tyranni nudo puero non ſufficiunt: civitates, maria, ipſũ pelagus ignitamẽ ſuo infeſtum poſſidet: ſcilicet arcus pẽnarumquevis undis non minuitur? Papæ quæ mulieres, quod miraculum, quæ ſenectus, quãta rugarum aſperitas, quis habitus, quod obſequium. ô Jupiter, diique omnes, prorſus miraculo non caret hæc pictura. Nã quod prudenti animo pictor adinvenit, ſolerti manu expreſſit. Verum inſpicia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

mus, ſi lubet, capiti ſuperſcriptos Iambos:

Amor puer arma, ignem ferens,
Arcum, alas, nuditatem, piſcium telum.

Tum Cratiſthenes in verba fidētior: Non amplius, inquit, apud te teſtimoniis ſermones mei indigebūt. Tu me quid ſit Amor & quis ſit interrogâſti; viden? utinam experto tibi faveat. Subjeci ego: Mi Cratiſthenes, ea modò quę his verſibus & pictura ſignificantur, explica. Tū ille: Amor nudus, armis, ſagittis, pēnis, igne iuſtructus

ctus eſt : armis homines, igne mulieres, arcu feras, pennis volucres, nuditate piſces ſuperat; illique ea quæ cernis omnia perpetem famulatus curã præſtant. nam hæ mulieres, quarũ aſpectu defixus obſtupeſcis, dies noxq; ſunt. Adhuc loquentem hoc dicto excepi; Nec verò illum unquam noverim. Dum hæc altercamur, Soſthenes venit: nos prandio accubuimus. Stetit ad miniſterium parata virgo Dumque à frõte mihi adverſa pertinaci contuitu me uſurpat. ſummiſſa le-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

viter cervice furtim me
ſalutavit, adpoſitiſque or
digitis ſilentium impera-
vit. Ego Cratiſthenem ut
ſingula inſpiceret monui.
Ille iterum tacere me juſ-
ſit. Confeſtim puella vi-
num præbuit, ac, Salvus
eſto ejuſdem mecum no-
minis præco, inſuſurravit.
Mox Cratiſthenem adijt,
gratiaſq; tenuî voce egit,
ſi modò vox fuit. Epulis
interea non ſolum terrâ
marique quæſitis excipi-
mur, quibus etjam vulgus
continentis affluit; verum
omnibûs gulæ artificum
irritamentis, uti piſcis ex
terra,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

terra, ex mari pavo petitus videretur: adeo multiplici dape conſtructa eſt menſa ad oculorum gulæque faſtidium. Invitavimus igitur nos largè poculis, & benignè pro ciborum copia. Iſmene vinum præbuit, prælibatumque tradẽs ſolita voce infit; Idem nomen fortuna tribuit; idem poculum amor tribuet. Diu eſtur bibiturq;, donec poſt varia condimẽta & multiplices quas interfecimus placẽtas, Soſthenes ſomnô, & nocte fruendum pronunciavit, ſtatimque vale facto, cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Panthia diſceſſit. Iſmene
quæ offenſum pedem ſi-
mulavit, paulumque mo-
rata ac felicẽ precate no-
ctem, patri morem gerere
juſſit. Ego & Crariſthe-
nes lectulo reſiditi de his
quæ in convivio accide-
rant, ſermonem agitavi-
mus: uti furtim me ſaluta-
vit; ut adpoſitis ori digitis
ſilentium imperavit; ut
poculum præbẽs ejuſdem
nominis præconi levî ſu-
ſurro ſalutem optavit; ut
ſecundi tantillum labellis
minuens, commune po-
culũ ambobus Amorem
feciſſe dixit æquè ac no-
men

nen fortuna fecerat: uti
enique offenſum pedem
mulans, Soſtheni morẽ
erere imperavit. Tum
Cratiſthenes, Nî te, in-
uit, perité amar Iſme-
e: victa eſt indubiè. Imò
æc omnia ſauciam amo-
e mentem, linguamque
rodunt. Tu verò uſque
iu Cupidinis deſertor in
mulaberis? quẽ in locũ,
a quæ terrarum ſola illũ
ugies? in cœlos? at ante-
ertet,

Præpetibus pennis auſus ſe
credero cœlo.

n profundnm? tunicam

exuet, jamque tua cauſſa exuit: in terram? arcu te conſequitur: vidiſtine nudum Amorem igne, telis, pennis inſtructum? Tene ſolum liberum, tene ſolū hāc libertatem indeptum ſperas? Ad hæc ego, Permitte, inquam, mihi bonam mentē. Caſtos enim dii amant, improbos odere. his dictis ſomno conceſſimus.

LIBER TERTIUS.

CIRCA mediam noctē dormienti mihi inſomnium valde terribile apparuit:

paruit: vidi enim cubiculũ ingreſſam innumeram hominum, mulierum, adoleſcentum, ac virginum multitudinẽ. Singuli dextra tædas gerebant, læva pectori ſervilem in modum appoſita. Omniũ in medio Amor, qualis in horto depictus erat, aureo inſidens currui, gravi contra me voce detonuit: Potentem, liberũ, (his enim nominibus vocabat) teli mei intrepidum, pennarum ſecurum, igni etiam inſultantem, quem nuditatis meæ puduit, qui puerum ludibrio habuit, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

pictorem, quia roſam a-
verſatus eſt, laudavit. qu
chariſſimam mihi Iſmenē
aſpernatus eſt, quem dii ut
caſtum diligunt. Ingens
exinde me trepidatio cor-
ripuit; mutumq; ac mor-
tuo ſimilē humi ad plau-
ſũ immiſſa manu traxe-
re. ſic tribunal ejus aſti-
tuor. dum audita vox eſt
quæ regem ut mihi parce-
ret deprecabatur. Itaque
collecto aliquantum ani-
mo, Iſmenem roſa caput
coronatam inſpexi: dex-
tra Roſæ pariter geſtamine
inſignis fuit; læva Dei pe-
des amplexa precibus edi-
tis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

s veniã poſtulabat. Par-
e , rex, Iſmeniæ , parce
altẽ mea cauſa , ingemi
abat: Ego illũ in nume-
um ſervorũ tuorum ad-
ſcribam. Tunc virginem
Amor ſic adloquutus eſt:
Propter te illi iratus, cum
illo propter te in gratiam
redeo. Illa confeſtim jacẽ-
tem erexit, ſecuroque ani-
mo eſſe juſſit : rex verò
dexteræ nutu vocatũ ro-
ſa coronavit. Exclamavit
quæ aderat turba, plauſu-
que excitato ſaltavit ja-
ctabunda : Iſmeniam au-
dacem illum caſtumque,
qui formoſam Iſmenem
ſpre-

ſpreverat, Amori obſequ
Verum Diones ille filius
poſtquã puellam amator
ſuo potiri juſſit, in conſpe-
ctum amplius nõ ſe dedit,
ante tamẽ in ima præcor-
dia delapſus. Hoc ipſo tẽ-
poris articulo quieti re-
vulſus, turbatuſque, imò
extra mentis terminum
poſitus, ſuper lectulũ ſedi
animo inſomnium revol-
vens. Saliebat crebrò tre-
pidum cor: Dumque ma-
xima cum ſpirandi diffi-
cultate Cratiſthenem ta-
men nomen ciere non
deſiſto, exiliit ille lectulo;
clamantiſque periiſſe gra-
batulum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

atulum accedens nudis
edibus illud feſtinus in-
luit; manu etjam prehē-
ı, quid haberem interro-
avit. Steti tacitus; ſed
Cratiſthene surgebat quid
auſſarer, cur ſilerem? per-
i, inquiebam, Iſmene me
erdidit, eademque ſalu-
em præſtitit. Amor ina-
em ſagittarum pharetrā
eddidit crebris, quæ in me
aculatus eſt, miſſilib9 de-
blatus, adeoque pectus
neum cæco igne adusſit.
Tu pharetra, tædiſque &
rınis inſtructum ſuis ani-
nam inlabi meam videre
otuiſti. Nō amplius Di-
aſiorum

aſiorum præco, non Iovi famulus non caſtus ferar. Iovis & Cupidinis bellū in corde meo exoritur. Iupiter tonitru cœlū omne ciet, Amor quibus poteſt machinis arcem meā quatit.

Ille vagis rapidum jaculatur nubibus ignem:

Ille vaſta incendia contra me ab terræ viſceribus excitat. Ego Iovis urbs ſum, quam Cupido expugnat, totamq; ſibi vindicat. Ego Dialis fons virgineis irriguus gratiis, quem Amor in Veneris traductum derivavit. Diaſiorum præco laure-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

aureatus veni, Cupidinũ
oſæ coronamine inluſtris
evertar. Quis adcò forti
ectore, firmoq; ac intre-
ido animo præditus, qui
ugnantibus diis reſiſtere
deat, oppugnanteſque
c irruentes ſuſtinere? Mi-
i certè tantũ virium nõ
ſt. Non poſſũ nõ te mi-
ari, ſubjecit Cratiſthenes,
ui nuper pudicitia & ca-
titate inſignis, ipſiuſque
ovis præco, modò ſolum
moré ſpiras, à te ipſo e-
us numinis ſacris initia-
us. Prorſus non ita eſt, in-
uam, Amor ipſémet me
niciavit, priſtinam mentẽ
muta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

mutavit, meumque hoc caput coronavit. Et cum dicto ſomnii viſa porró re metiri ordior, multiplicē Dei comitatum, geſtatas manibus tædas, inſidentem curri Amorem, conceptam adverſus me iram terribilem velut ab cœlo vocem, raptationem meam, & quæcumque paſſus eram, Iſmenes verba, preces, exoratamque numinis pacem & impoſitam capiti meo coronam. Nihil accidit tibi novi, reſpondit Cratiſthenes; nec ſolus, ſed cum mortalium pluribus amas: etjam in a-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

hore tuo felix dominam
deò formoſam mutuo-
que amantem nactus;imò
ipſum Cupidinem propi-
tium. Expedit tamen &
ſomno frui.nam vigiles o-
culi amantem animũ pro-
dunt: utque garrulus my-
ſteriorum tenax eſſe non
poteſt , ita perpetem no-
ctem vigilans amorem nõ
aſſervat , ſed aſpernatur.
His dictis prementis ex-
ordio ſomni implicitus ,
Cratiſthenes quieti con-
ceſſit:verum ab oculis me-
is recedebat ſomnus;veli-
deò quia amantes odit.
Deos omnes teſtor , ſtra-

E tum

tũ denſiſſimis obſitũ ſpi-
nis incubare videbar, qua-
rum aculeis effoſa latera
paterent. Itaque tanquam
rogum ſuper aſſarer, cre-
berrimè toro revolutu-
inſolens Veneri victima
ardebam. Jamque ſolem
manare cupiens, animo
convivium fingebam; ac
Iſmenem quę vinũ præ-
beret: Si digitum, inquie-
bam, preſſerit fortius pre-
mam. Verum heri preſſit:
eſto, ſed iterum premat:
mihi certum eſt, ſive preſ-
ſerit, ſive non, tamen pre-
mere: ſi pedem ſuum meo
impoſuerit, ambos ego il-
lius

ns imponam: ſi ſalvere
mel juſſerit, centies il-
m ſalvere jubebo: ſi clã
lutaverit, palam ego ſa-
tabo: ſi poculum præli-
arit, uno perducam hau-
tu, puellamq; ipſam ſor-
illabo: ſi illud nõ permi-
erit, ſed retineat, manum
jus cum poculo trahere
atius erit; quod ſi pedes
neos retinere, fovere, le-
iterque conſtringere ba-
ſiis, uti fecit, oſculiſq; ſur-
ive ingeſtis pergat, hec o-
mnia redhoſtire mihi ſta-
tutum eſt; niſi quod ſua-
vium non ſurripiã. Si pe-
dem meum lepida unguiũ
 titil-

titillatione corraſerit, id
prorſus experietur, pr
voluptate ac amore in ri
ſum effuſa. Si poſt cænar
pedam doluerit, ſi exter
minati cubiculo meo So
ſthenes ac Panthia terg
verterint, ipſa relicta acci
piam offenſum pedẽ, vul
nerique poſt crebra oſcul
diligenter inſpecto aptiſ
ſima medicamenta impo-
nam, adeoque ipſas vul-
neris notas, uti medico-
rum filii ſolent, adprime
fovere pergã, donec pror-
ſus convaluerit. Non am-
plius maximi numinis irã
experiri placet, non virgi-
nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

em aſpernari, non caſti-
atem ridiculè fingere. Sat
ſtis datum eſt : ſi in inte-
gram noctis voluptatem
onvenire voluerit, cum
la cubitum concedam;
dulcemque id temporis
ſomnũ poetico more vo-
abo. Jam luminibus meis
vigilia marcidis infundi-
tur ſopor, interque dor-
miendum circa puellam
mens animi verſatur: ſic-
que diem ac diei conviviũ
nox præceſſit. etenim o-
mnia quæ videre, pati, a-
gere geſtiebam, ea per
ſomnium tanquam in ſpe-
culo mecum ante peregi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Quandoquidem & ſolid
auferre voluptatem nu
minis invidia non ſinit,
mnê tamen convivij ap
paratum inſpicere mi
videbar, imò & accumbe
re, & virginem vinum
præbere. Utrum verò So
ſthenes ac Panthia prim
ex more biberunt, id ver
(Amorem qui in ſomni
viſus eſt teſtor) non novi
Tandem accedentem a
me Iſmenem oculis ſorbi
lans, adeoque in animam
transferês, jubentem po
culum accipere deſtinato
contuitu inſpexi: proten
ſaq; manu illud excipien
digitum

igitum illius conſtrinxi.
edemque pede preſſi, pu-
ellæ ut ſalveret, tenui vo-
te & quaſi ipſa fari ſolebat,
nſuſurrans. Excubuit ve-
recunda, & neque facto,
neque dicto reſpondit. In-
terea multiplici dape mẽſæ
conſtuctæ ſunt. Ego ſo-
mnium maximo honore
proſequutus ſufficere exi-
ſtimabam. etenim epula-
rum, merique, oculorum
præterea ac animæ locum
obtinuit Iſmene: in quam
inconnivo obtutu defixus
hæſi. commodum ſecundò
poculum præbuit, egoque
acceptum labellis tantil-

 lum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

lum minueus reddidi, ut ex eo biberet precatus. Hunc finem habuit convivium, quod dormienti mihi ſomnus amarorius, autpotius Amor in ſomnis paravit. Soſthenes ac Panthia diſceſſerunt: nos cubiculo redditi cubitũ conceſſimus. Ego Iſmenem, quam lectulo meo proximam offendi, ambabus trahens, acclinem collocavi, omni devorato pudore. Amor enim impudentiæ pater eſt. Puduit illam uti virginem, primumq; ſe in vitam ac reluctantem cogi ſimulavit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Mox victa eſt, à viro, uti decuit; (ante me namque & illam Amor vicerat:) oculos itaque tellure morantes continuit, ego in illius pulcherrimum vultum defixos. Nigerrimus ſupercilii arcus erat:

Qualis cœleſtis mediis in nubibus arcus,
Cum trahit innumeros adverſo ſole colores:
Aut qualis rutilo Phœbe micat aurea cœlo,
Ardua curvatæ cùm porgit cornua frontis.

Niger oculus, ſed acer hilariſque juxtà, ambitu in acutum partim deſinente:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

uuiverſa oculorum forma coni figura aut potius rotunda: nigri prorſus ciliorum pili, merumque Cupidinis ſpeculum totus oculus fuit. Candidæ genæ, qua parte puriſſimum candorem rubor nullus vitiat. nam meditullium rubore ſeparato, ac penè dixerim ſparſo, æquiſſimè temperatum. Atque ille rubor non fucatus, fictitiuſque, qui aut noctu marcet, aut aqua tollitur. Os moderatè patulum; purpurea labella quibus roſam preſſiſſe affirmes. Détium candidiſſimorum aptiſſimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ptiſſimus ordo ac labellis convenientiſſimus, illorum veluti ſepto tutus tectuſque. Denique tota facies circulus perfectiſſimus ac emendatiſſimus fuit; cujus centrum nares. Plura dicerē, niſi Amoris quem expertus ſum, metus prohiberet: ſed iſta tacitus omittam, ne iterum contra me ille ſuos tonitrus agat, & ſua fulmina mittat. Acceptam tamen Iſmenes manum; labelliſque meis admotam, quāvis illam ſibi habere ac veſte operire pugnaret, victor baſiis ab morficationibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

nibus implevi. Illa reluctata curvarum, quanto potuit niſu, corpus contraxit. Dum ego cervicem amplexus, preſſimque labiis inhærens, oſcula merũ amorum ſtillantia libavi, illa labias comprimére ſimulavit, leniterque

Suavem animi florem dulci trahit improba furto.
Vdaque pugnaci dente labella tenet.

Ego crebra ejus oculis baſia ingerens, totaque mẽte animi cæcum ignem illum revolvens, in virginis pectus effuſus ſum. Repu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

pugnabat illa quãtũ potерat, totum inflexa corpus; cujus obtentu ubera tutabatur, adhibetis etiam manibus, cervice, mento, ventre; quibus omnibus illa propugnabat, uti civitatẽ arx ſolet. Nã & preſſa cohibuit genua, ubertimq; promicãtes lachrymas ab oculis velut ab arce effudit; hæc interea jactans: Aut amantem te his fletibus miteſcere decet, aut non amantem ſegnius hãc pugnã pugnare. Ego quem vinci pudebat magis urgebam; tandemque victor ultimum victus ſũ.

Ete-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Etenim uti primum tractata eſt Iſmenes

Forma papillarum quæ fuit apta premi;

cordis me deliquium excepit. Dolebam ambiguitate mentis ſubinde fluctuans, paviduſque hebetes oculorum viſus verſans, animo penè concidi, ſine viribus ignavo ſegnique corpore, ſaliente crebrò corde, inhibitoque flatu. Ita neſcio quæ voluptas omnia mẽbra pervaſit, totumque Iſmeniam in cognita vis amoris incubuit, quæ neque narrari nec explicari poteſt; adeoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

que aliquid paſſus ſum quod alias nuſquam. Nã-que uti primum manibus ab meis evaſit Iſmene, aut potius uti primum illæ, in ſegnitiem mollitiemque verſe, ab puella exciderũt, ex oculis meis ſomnus e-vanuit. Cupidinem teſtor, non potui nõ dolere amiſſo tam pulchro inſomnio ſicque à chariſſima Iſmene avulſus oculos rurſus in quietem flectere tentabã, tale quidpiã arbitrari cupidus, quale antea dormienti contigerat. Sed hoc per Cratiſthenem tempuſque non licuit. Itaque in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

tra limen horti, qui cubiculi noſtri januæ ptoximus, me egi, confeſtimq; virgines ad ſervitutem & corpore & anima & oculis paratus, nimioque ad inſaniam amore penè redactus, depictum Cupidinê acceſſi, illumque ut obſequii ſervilis infimitas poſtulat, veneratus, pictorem ideo injuriis laceſſivi, quòd Iſmenem elegantia adeò ſcitaque forma præditam, ipſum etiam amorem ſpirantem, illique chariſſimam ac illum viciſſim amantem, tamen puellarum amantium turbæ non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ccenſuiſſet. Igitur obtu-
um in picturam conver-
us, Amorem ſic adoravi:
ui juris facto, Regum
naxime, certum eſt non
mplius Eurycomidē re-
ire; non Jovis civibus
nnumerari: habebit me
ivem ſuum Aulicomis in
uas tabulas ex illis Amo-
is relatum. At tu, inquit
Cratiſthenes, præconis
nunus & Diaſia, quorum
uncius veniſti, Themi-
teumque patrem, ac an-
norum multorum ſenio
confectam matrem non
revereris? abſit à te ſimilis
nfelicisſimi amoris evē-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

tus. Pulchra omnino Iſmene eſt, imò pulcherrima: neque ſuccẽſere quis poſſet,

Talem propter mulierem
dolores plurimos pati.

Sed in capite tuo ſpes patris fluctuat, te unum ſenectutis ſuę baculum poſſidet: tu frigus illius calore foves, tu æſtuantem leni Zephyrorum anima ſolaris. Præterea non te matris miſeratio ſubit, quę te unum ſpirat, unum loquitur, propter te lætiſſima ærumnarum malæ ætatis memoriam effundit? Hoc per deos, Iſmenia, nunquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

quam cogita. Per Jovem cujus præco veniſti: Per Amoré cujus Aulicomide ſervus factus es. Parce cano parentis capiti, matris fletibus, communi patriæ, æqualibus, inluſtrique turbæ & conventui, ac cantibus, quibus te abeuntem omnes proſequuti ſunt. Veniant in mentem patris fletus, matris laméta, luctuſque commiſeratione digni: omnino turturis planctus imitabitur, cum

Plangit, & amiſſos inquirit ſtridula pullos.

Non tibi nectar Iſmene,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

non patrium vinum præbuit, ſed Helenæ Nepenthes, quod curarum oblivionem inducit. Obliviſcêre igitur patris. matris, patriæ, æqualium, ſociorum, nobiliſſimæque concionis, imò & amiciſſimi Jovis? O verè ſecundum ſapientis dictum,

Impotontes aliquid boni perficere mulieres,
Malorum verò omnium artifices ſapientiſsimæ.

At Vlyſſes non præco, ſed ſervus, hoſpes, erro eret, qui Itſiacæ fumum libertati, etiam devinitati præferen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ferendum cenſuit. Tu verò Amoris igne ſaucius victuſq; præconio tuo cedis. Ego Soſthenem intuitus Cratiſthenẽ ſilere juſſi ne amorem meum traduceret. Et Soſthenes quidẽ omnia, quæ ad feſti celebritatem pertinent, rectè diſpoſita eſſe nũciavit cibique ſumendi horam. Igitur ſolito loco diſcumbentes bibimus. veſcendi namque cupido minima erat; neq; tamen cibo potiorem potum ducebam, ſed quia Iſmene vinum, ipſo nectare dulcior, præbebat. Ardebam interea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

majore concepto incendio. aſpectus enim amorẽ accendit, uti marceſcẽtem in palea fœnoque ignem ventus. Rurſus itaque delapſis in ima præcordia flammis hærẽtes in ſe pertinaci contuitu oculos Iſmene detinuit. Ego iterũ Amorem inſpicere mihi videbar, ejuſque te!a timere, ignemque acarcum metuere, & obſequiũ amplecti. Conſtruuntur interea menſæ variis dapibus, quas manibus dum tracto, intentioreſque oculorum acies in Iſmenem cõfero, Amor animo meo recur-

ecurſabat. Ita varias per turas diviſa corporis mē-bra verſabã, manus circa multiplices opipareſque cibos occupatæ, labiæ circa poculum, oculi menſque circa virginis formam & amorem; utque verius loquar, manus, labios, oculos, mentemque, & omnia denique ſibi Iſmene habebat. Ita Cupidini ſervitium detu li quale nnmquam alius, non ſolùm animo, ſed etiam corpore illi mancipatus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

LIBER QUARTUS.

VINUM quo ſolebat ordine puella præbuit: ego tamèn ut ſolebam non bibi. Etenim bibens bibere mihi non videbat; cumq; non biberem, amorem tamen hauriebam, Primò Soſtheni, mox Panthiæ, tertiò mihi poculum oblatum: quod levi hauſtu dũ perducerem, virginis pedem meo clam impoſito compreſſi: illa lingua tacuit, geſtu loquuta eſt; ſicque loquuta tamẽ ſiluit. Etenim labellum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

um leviter admordens, &
upercilium contrahens,
ompoſitoq; ad triſtitiam
ultu dolentem ſimulans,
enuem ſuſpiritum duxit.
Ego vel ex ſolo geſtu ani-
mi anxius pedẽ à puellæ
pede retuli, poculumque
reddidi. Cæterum convi-
vij opipares cibos Crati-
ſthenes, aut ſi quis alius
adfuit, ediſſerat: mihi nã-
que mẽſæ, cibi, potuſque,
ac omnium loco Iſmene
fuit; cujus iterum propi-
nantis digitum preſſi: illa
ſuaviſſimo ſuſurro, quiq;
meram voluptatem & a-
morem ſtillaret, doluiſſe

 ſigni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ſignificavit. Interim poſt multiplices epulas, tertiũque & quartum quod alterna vimus populum cõvivium finem habuit. At Soſthenes, Iſmenia, inquit, tertie dies agitur, poſtquam Aulicomidem veniſti; totum verò iſtud triduum præconis ac præconii honori lex apud nos tribuit. Faceſſe modò cubitum cum formoſo iſto juvene, (Calliſthenem indicans) craſtina Eurycomidem Jovi Patri ſacrificaturi properabimus. Hec loquutus valefacto diſceſſit. Illud hore memini me jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

jam in peculio Proſerpinæ & Orci familia numeratũ. atque, uti poeticè loquar, frigidum Erebum guſtavi. Quid, inquiebam, Soſthenes dixii, Iſmene hic manebit; ego Eurycomidem redibo? Nequaquam per Amorẽ. Nam mihi individua vitæ mortiſque conſuetudo cum illa erit. Vix ea fatus eram, cum Iſmenem in horto amoris œſtro percitam inſpexi. Statim itaq;totum intuitu hortum luſtrans, aut potius vagos oculorũ orbes undique ſpargens, ad *I*ſmenem feſtinus accurri,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ſalutatamq;, ac veſte pre-henſam, & cum ſilẽtio re-luctantem retinui. Reve-rere, inquiebat, preconiũ tuum. Ut verò oſculum intentavi; At ſaltem, per-git illa, lauri coronam & ſacrum calecamentũ. Sed ego nihil reveritus, totuſ-que in baſium ruens, per-teudebam. Quid demum tibi lucri ex ſuavio? infit Iſmene. Subjeci ego cum gaudio;

Eſt etiam in inanibus oſcu-
lis dulcis voluptas.

Subriſit modeſtè puella. Heri, inquiens, tu virgi-neum pudorem fingebas,

teque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

eque adeò pudicum ſi-
nulabas. Ego tacitus, la-
rymanſque dexteram o-
culatus ingemui. Inter-
ogatus quid cauſſarer,
Quia, inquam, mellis gu-
tum lingua tantũ perci-
io. tuus enim Soſthenes
Eurycomidem ire jubet.
Et me pariter, reſpondit
Iſmene: ſubreptaque ma-
nu celeriter aufugit. Ego
perniciter lectulo reddi-
tus ſomnum fingebam.
Iamque ſonitus aures no-
ſtras pedum pulſu incre-
puit. Cratiſthenes ex um-
broſa, propter quam ſede-
bat, myrto ſurgens, ad me
cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

cum riſu infit, pede etiã meum premens: Quouſque tam altum ſoporem ſtabis? Iſmene in horto ſpatiatur, tu ſupinus ſtertis. Quæſivi ab eo, cur rideret. Rideo, reſpondit ille, quia tibi chariſſimæ dominæ manũ, pulchrãque adeò prædã, ſtrepitus pedis ancillæ, & inane terriculamẽtũ abſtulit. Gaude mecum, Cratiſthenes ſubjeci, illi oſculum pangens, puella nobiſcum Eurycomidem veniet. Iterumque intra hortum me agens Iſmenem oculis quærebam; cujus irritus
ſpei,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

pei, nam abſceſſerat, illũ
amen animo inſpiciens
n horto morabar: ſed Cra-
ſthenes inde avocatus
orti picturas oculis arbi-
ari juſſit. Poſt Cupidi-
em excelſo, uti dictum
ſt, currui inſidentem ho-
nines exteros, ex alia pa-
ia, prorſus habitu ac vi-
endi genere diverſos in-
picimus.

I. Primus miles militari
abitu: oculus & proceri-
as quæ militem decet? ca-
ut armatum, manus, in-
erſcapiliũ, frons, pectus,
umbique ad pedes uſque:
am accuratè pictor ſer-
rum

rum in veſtis formam aptaverat; aut potius ferro, quo ad ungues uſque tegebatur, æmulos colores explicuerat. In ilibus pharetra & anceps gladius; longam haſtam dextera, clypeum læva ſuſtinet: pedes adeò ſcitè & eleganter efficti ut hominem intuitus prorſus illum movere affirmaſſes.

II. Secundi ruſticum ſchema ac omnino paſtorale fuit: caput intectum, inornati capitis barbæque crines, manus ad cubitum uſque nudæ, veſtis ad genua fluxa. Cætera minus oper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

operta: villoſum homini pectus, & reliqua quæ corporibus uti veſte tecta non erant; crus craſſum ac virile. Ante pedes capella binos parturit: procerus paſtor illi obſtetricatur. Jam primum exceperat, ſecundum excipit: dependet fiſtula collo, qua carmen, quod parturientibus capellis occini ſolet, meditatur; Panemq; frequentes ac felices caprarum partus orare videtur.

III. Tertio loco pratum floribus luxuriabat, in quo vir

Florigeris ut apes in ſaltibus,

tibus, omnia libat.

Sed nec ille ruſticus aut hortulanus pingitur, verum beatus, dives, gratioſus ac luxudiffluens. Coma prolixa ſerie porrecta dorſum permanat, eaque diligente in cincinnos diſtributa coronatum floribus caput: ſparſęper crines roſæ: talaris veſtis, quam auro ut videbatur, floribuſque diſtinctam laſciviens ventus reflabat: manus roſis floribuſq; omnis generis plenæ: In pedibus (nec enim hanc corporis partẽ ſine ornatu habuit) calcei in quibus velut inſpi-

ſpiculo pratum emicuit. Ita pictor ad pedes uſque virum jucundiſſimè ornaverat.

IV. Quarto loco campum viridi herba vernantem pictor expanderat. Illius in medio vir ruſtico prorſus habitu ſtabat. Coronatum caput non roſis floribuſque, ſed lino textili. Arcum manu geſtat. Capillus nec ad humeros pendulus, nec totam cervicem pererrãs: veſtis, uti ruſticum decuit, illepida: pedes ad genua nudi. Ambabus falcem tenuit in fœnoſecãdo occupatiſſimus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

opuſque, cui totus incumbit oculis, contuitu deſtinato defixus arbitratur.

V. Sequebatur Agricola in ſegetes pronus, falcē dextera ſuſtinet, læva manipulos colligit: hoc laborum præmium, hanc ærumnarum vicē, hos ſementis fructus percipit. Tectū pileo, ut Heſiodus loquitur, affabrefacto caput eſt. nec enim nudo capite æſtum tolerare poſſet: cincta in ilibus tunica; reliquæ corporis partes, pube excepta, nudæ.

VI. Sexto loco vir lotus ante balinei fores, fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

bano id quo viri ſumus tegit; nudus cætera, quæ veluti ſudore diffluentia madent. Hominem intuitus anhelare ac æſtu nimio diſſolvi affirmes; tam eleganter pictor æmulos naturæ colores explicuit. Dextra poculum in coni figuram affabrefactum ori admovet, perque foramē bibit; læva linteum circa pubem coercet, ne fortè decidens corpus reliquum nudet.

VII. Septimus qui illum ex balineo æſtuantē ſequebatur, cinctam circa ilia tunicam habuit: nudi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

pedes, ante quos apertus vini fons: crines aptè per dorſum diſpoſiti adſtrictique. Vitem imitatur læva, cujus ab digitis uva velut ab ramis pendet: dextra racemum carpit, quē ori admotum, mox dentibus premit, uti pedibus in prælo fieri amat. Ita vir ille vinea, vindemiator, prælumque ac vini fons erat.

VIII. Juvenis cujus nunc primum opacat flora lanugo genas, tectum caput capilique nebula, ut ita loquar, linea. Candida veſtis manus retinet, illiſ-

llíſque ad digitos uſque
iffuſa adhæret. arcta cir-
a ilia preſſulè : ſicque
nembrorum venuſtatem
raphicè laciniat, etiam
edum. Adoleſcens paſ-
erum caveas fert ; dum-
ue defixis per totum
ampum viminibus do-
um avibus diligenter in-
truit, paſſeres captos ex-
andit, quos tenui ſune
gatos frequenter retra-
it. Neſcia fraudis volu-
ris, quæ amœnitatem
rati, ſpatiantes in eo paſ-
eres, alioſque in caveis
uaviter cantillantes in-
picit, ſtatim advolat ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

piturque: qui dolum concinnavit auceps, captos retinet, occidit, væcordiam irridet.

IX. Ecce conjuncti terram proſcindunt boves; quos arator moderatur, viles calceos indutus, vilia veſtimenta, laceramque tunicam quam pictor expreſſit: laneum capitis tegmen nullius pariter pretii. Niger vultus, non ut Æthiopis, ſed qualis torridis ſolibus colorari amat. Crines pileo aperti, retropenduli, pauci: barba demiſſa denſaque: dextra aratrum quo ſulcom ducit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

rit: læva boum ſtimulum geſtat, qui aratoribus pro ſtylo eſt: atque ille boum ſanguine tinctus terram cruore deſcribit.

X. Sequentis ſimile ſchema fuit, ſimilis veſtis, calceus, pileus, omniſque ornatus; diverſum tamen corpus. Nigra facies, non quidem uti præcedentis; ſed neque candida, ut illius qui in horto de pictus eſt verum quantum illo nigrior, tantum illo candidior. Coma ſine lege ad humeros fluenter undabat: barbitium non prolixum, ſed in unum colle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ctum adſtrictumque, genas inumbrat. Læva caniſtrum pendet, unde triticum acceptum terræ credit: quod utrum pauperibus, ſi modò hiantibus terræ rimis occuluntur, diſtribuat, pictor oculis arbitrari non permiſerat.

XI. Adoleſcens undecimo loco florenti corpore cernitur; oculus audaciam ſpirare videtur. At ille venationi

> *Perditus incumbens ejus pallebat amore.*

Cruentis manibus, canes hortatur. Sed pictor aliàs ſapientiſſimus in voce victus

tus eſt. neque enim illam
coloribus exprimere pot-
it. Crines in unum con-
lobatos nodus adſtrin-
erat : Veſtis ad genua
luxa membris preſſulè
adhæret, his velut adſuta;
cætera lacero panno ad
uſque digitos tecta, torti-
lique in modum hederæ
fune adſtricta, læva lepo-
rem ſuſtinet, dextra cani-
bus blanditur : at illi ado-
leſcentis propter pedes
volutati colludunt.

XII. Vltimo loco va-
ſtis mirus incendiis crater
depingitur : at ille

Eructatque globos flam-
marum,

marum , & ſyder
lambit
Aſſiduus, ruptuſque cav
fornacibus ignis.

Dubium videtur quæ tan fortis cauſſa hoc incendium volvit; ſive demiſſum cælitus in terras , ſive ab terra in cælos fertur. Igni aſſidet vir ſenio confectus rugarum aſperitate & barbæ capillique canitie venerandus. Pellis caput ad ilia uſque occupat ; nudæ manus pedeſque ac magna ventris pars , manibus tamen veluti flammam ad ſe trahere adeòque excitare videtur.

Horum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Horum aſpectu in ſtu-
porem attoniti ſcire arde-
amus quid illa connota-
ent: Cratiſthenes præci-
ué. Nam me Iſmenes
mor totum habuit. Ac
etera quidem in horto
lacuerunt, antequam
ſmenem vidiſſem, aut
otius antequam nimium
llam deperirem. Itaque
ircumlatis per hortum
culis eam velut in ſpecu-
o intuebar. Cratiſthenes
nterea inſcriptum capiti
ſtorum hominum Iam-
um legit, qui ſic habuit,

Hos intuere, & omne tem-
pus inſpicis.

Omnium

Omnium itaque explicationem ſic exorſi ſumu

MARTIVS. Primu militari habitu depictus opportunum anni tempu diſignat, quo armati milites in expeditionem ducuntur.

APRILIS. Secundus opilio qui

Paſtorali carmen meditatur avena,

cujuſque ante pedes parturiens capra pingitur; tempeſtatem eam connotat, qua gregem hyeme dilapſa paſtor educit, qua capellæ pariunt, qua fiſtula canere ſolet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

MAIVS. Campus ter-
o loco roſis, floribuſque
mnis generis luxurians,
juſque in medio vernan-
veſte ætatiſque flore lu-
ulentus adoleſcens veris
mœnitatem indicat.

IuNIVS. Viride pra-
um occupatuſque in ſe-
ando fœno ruſticus, illi-
s ſpatia menſis demon-
rat quo maturum fœ-
um demeti poſtulat.

JuLIUS. Quintus in-
er ſegetes falcẽ geſtans,
peræque meſſoriæ in-
umbens, æſtivi ſideris
ntervalla deſignat.

AuGVSTus. Sequens
ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ex balineo nudus, bibenſque ac æſtuans, ortum Caniculæ, urentemque aeris ſævitiam oſtendit: quo præcipuè tempore arentia mortalium corpora exſiccari certum eſt.

SEPTEMBER. Septimus uvas carpens, exprimenſque, tempeſtivæ vindemiæ maturitatem exhibet.

OCTOBER. Auceps verò hoc anni tempus indicat, quo volucres hyemis ergofugam inſtruunt, & loca calidiora ſecedunt.

NOVEMBER. Aſpicis arantem ſedulò agricolam;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

lam; tempeſtas illa eſt quam Pleiadum ab ortu arationi tribuit Heſiodus.

DECEMBER. Decimus qui frumentum ſeſerit, ſationis tempus indicat.

JANUARIUS. Adoleſcens cum lepore venatoris habitu, inter canes quibus blanditur, venationis tempus exprimit, poſtquam ſcilicet repoſita in horrea ſeges, vinumque ac omnia quæ colligere expedit recondita ſunt. Futuri etiam cura, quantum ad rem ruſticam ſpectat, recte habita, tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

demum otio ac venatio-nibus dicatum tempus vacat.

FEBRUARIVS. Vltimus ſenex largiſſimæ flãmæ proximus, hyemis aſperitatem, ac ſenectutis frigiditatem oſtẽdit. nam hyems.

Per tenelli corporis virginem non perſlat,
Sed incurvum ſenem efficit.

Ita his omnibus explicatis cubiculum contendimus commodum enim dormiendi tempus erat. Jam ſe lectulo Cratiſthenes collocaverat: ego nimio Iſmenem vidẽdi deſiderio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

oculis in portam contuitu pertinaci intentis horto non excedebam. Animus enim amore ſaucius, perque varias mentis curas illum ſuum amorem verſans revolvenſque, ſi oculos præterea ad objectum quod fingit cõferat, prorſus rem fictam ſibi cernere videtur: nempe cum mentem cæca hęc flãma pervaſit, ipſas rerum naturas transformat adeòque trãſmutat. His occupatum Cratiſthenes lecto ſurgẽs in cubiculum reluctantem invitumque traxit; Nox provecta eſt, inqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ens, nocti verò parere decet. Mi Cratiſthenes, ſubjeci ego, ecce modò picturas illas omnes oculis arbitrati ſumus; inſpectas etiam inſcriptiones illis adaptavimus, & hyemi quidem ac æſtati verique & cæteris anni tempeſtatibus definitum proprium tempus fuit. Amor verò cur neque pictus, neque illi tempus ullum hæc pictura tribuit? an quia omni tēpore convenit? Teneo te ex verbis tuis, reſpondit Cratiſthenes, atque omnino ſecundum ea quæ propoſuiſti vinco.

Ecce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Ecce picturam,neo aſper-
andus pictor eſt, quia
yemi, æſtati ac veri ſuum
empus dedit? Amori verò
ullum.nam ſi ultra præ-
criptos fines progreditur,
yrannis eſt : quòd ſi nos
æpiuſcule ſubegit, ex his
uæ rarò aut aliquo caſu
ccidere ſolent , jura non
on conſtituuntur. Mihi
ertè pictoris ſtylus Mer-
urij jaculum eſt : omnes
b illis quæ in hac pictura
ropoſuit, vires ſuas ac
uctoritatem habet ; ſed
amen, inquam, hujus ja-
uli vim iiſdem ipſis pi-
turis frangi minuique

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

poſſe certum eſt. Amor enim Rex pingitur, cujus ad obſequium omnes homines paratos eſſe convenit: at illi quibus tempora & menſes pictor adtribuit homines ſunt. Si igitur univerſa Amori famulantur ac ſerviunt, quomodo ſingula ſervitutem illam effugient? Prętereaſi temporis lapſus & intervalla in dies noctesque diviſa ex his tamquam ex materia componuntur; iſtæ verò mulieres, dies ſcilicet noxque, ſecundum doctrinam tuam ac picturæ argumentum illi parent;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

rent; prorſus liquidò pa-
tet, cætera omnia quæ ex
illis per illas aut in illis
ſunt, ad infinitatem obſe-
quii deventura ſervilis,
etiam invita. Hæc effatus
Cratiſtheni oſculum liba-
vi: vici te, mi Cratiſthe-
nes, inquam. Eſto, infit
ille, viciſti, ſed in cubicu-
lum pergamus: ſtatimque
cubiculo & lectulo red-
diti; ſumus. Auditus in-
terea ſtrepitus in horto,
ſtrato me excuſſit: cum-
que ad Iſmenem quam
fonti vicinam intuebor,
advolarem, Amoris pe-
dum, quos præter homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

num morē alatos habet, recordat9, pictoris induſtriam laudavi. nam & pedibus meis amor addidit alas; confeſtimque devorato pudore ambabus puellam detinens ſuaviari occœpi. Illa pudore metuque ac admiratione defixa, O impudentiam præconis, exclamat. Ecquid cauſſaris? Nihil, inquam, præter dulcem & amarum Amoris morbū. Rurſuſq; petitis crebriter ingeſtis baſiis leniter preſſam & pectori admotam meo velut animæ in parte & flore locavi. Nam & digitos

os ſtringens & clementer
aorſicans ſorbillantibus
lam ſuavis haurire mihi
idebar ; mutuo præterea
orporis ambitu,ut hede-
a cupreſſum,alligavi,iiſ-
em cum ea radicibus
ungi cupidus , imò pro-
rias naturæ vices com-
nunicare; adeò totam in
bitu oſculi abſorbere ar-
ebã. Itaque labra labris
onſerens,inde tamquam
x alveari mel collegi:ſed
la ori meo pariter oſcu-
um conlabellavit , ad-
aorſiſque labellis denti-
mveſtigia impreſſit;quo
acto plures Cupidines
H 5 animo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

animo concepi, ſupra terrigenas ipſos pernitioſos. Indolui tamen ad illius morſus, & contractis labiis tenuem ſuſpiritum duxi. Doluerunt, ſubjecit Iſmene, tibi labella, ſed & mihi animus; cum amorem meum in convivio patris temerè aſpernatus es. Ad hæc ego, Ecce, inquam, cætera membra premantur, dummodo illud in pretio ſit quod oſculis favet. Nam quamvis, velut apis, alveare cuſtodias, melliſque fures ſtimulo vulneres, inſiſtam tamen & mellis ergo ſpi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

uli dolorem ſuſtinebo, nec enim à dulcedine mellis me labor arcet, uti nec rosa ſpina deterret. Cũ dicto iterum ſuaviatus ultimi amoris voto obſequi conabar. Senſit illa; &, Per Iſmenem, inſit, hoc tibi non ſuccedet, Sed nec ego per Iſmeniam remittam, viciſſim inquiebam. Ita inter nos Amoris certamen ortum eſt & Caſtitatis, niſi pudorem vocare ſatius fuerit. Amor vaſtiſſima incendia velut ab intimis terræ viſceribus accendebat. Caſtitas deciduo cœlus rore virginem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

nem ſpargebat. Ille flagrantis tædæ quã maninibus quatiebat, inque oculos intentabat, conceptam animo flammam largiorem excitavit: ſed lacrymarum fontes ex oculis puellæ Caſtitas recluſit. Neque tamen hæc pudoris unda, Cupidinum ignes obruit. nam victor ferebar: jam Pudicitiam ſuperabat Amor, cum alicujus ad januam nos fefellit in obitum ſonitus. Ille Iſmenem quærebat. Turbati hoc ſtrepitu ambo ab invicem diſceſſimus. Virgo (ita enim
vocetur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ocetur, quando Caſtitati
)ijſque ſic viſum eſt) fō-
proxima ſedit cum vo-
icribus colludens. Ego
ibiculo redditus cubi-
im feſtinus cōceſſi, dor-
ientem probè mentitus
tumque me disſimulās
æ metu, verecundia &
nore. Pudebat me pro-
er præconium, lauri co-
nam, ſacrum calcea-
entum, veſtemque ac
iaſia: Soſthenem verò,
anthiam, ac univerſam
ulicomidem timebam.
menes præterea (illam
peribam;) potius quam
ei ipſius miſeratio inceſ-
ſerat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ſerat. Verum formoſus Cratiſthenes in hortum regreſſus, cum neque Iſmenem vidiſſet, nec cujuſquam vocē intellexiſſet, (ſingula enim inſpexerat) ad me cum clamore venit: Fruſtra diſſimulas. Surrexi pavidus; dumque timorem meum increpat, toto rurſus corpore trepidans Iſmenem intueri ardebam, periiſſe me affirmans. Cratiſthenes ſilentium imperavit, ſomnoque frui, ſubjungens

Sapientis eſſe etiam in
malis ſapere quæ oportet

Silui;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Silui; ſed oculos meos aut ſomnus oderat, aut revertitus fugiebat. Steti pervigilans, perque varias curas animum verſans. Non deinceps Iſmene oſcula libabo, non digitos premam, non hederaceos intimabo amplexus. Non ultrà nectaris poculum, ſed amatoris præbebitur. Nulla mellis poſthac vindemia relinquitur, nulla gratisſimi vulneris ſpes; nec oſculis puellam ſitiéter ſorbillabo: quas omnes nequitias ſeriò luſi. Hæc inquies animus revolvebat, dum uberes lacrymæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

crymæ multiplices cogitationes obruunt, ebriosque ambiguitate mentis oculos in quietem flectunt.

LIBER QUINTVS.

POSTQVAM ego quieti conceſſi,

Me circa paſſim varias imitantia formas
Somnia cingebant;

Adeòque colludendi & illudendi, uti ſolent, finis nullus erat. etenim modò me Iſmenemq; fingebāt,

Ambo purpurea delibantes oſcula

Clemente

Clemente morſu roſea labella vellentes;
modò amplexus intimantes, junctoſque mox eodem jacentes lecto, quem omnes Amorum lubentiæ cingebant; baſia, titillationes, mutuæ compreſſiones corporum, labiarum conjunctiones, pedum omniumque membrorũ connexiònes. Sed & balineum in quo lavaret Iſmene, omnibus Cupidinum nequitiis inſtruebant. Nam & puellæ amplexus admovi, ejuſque pectus oſculo preſſiore verbreavi, crebraque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

morſicatione, & labellis exſugens lotum exſorbere mihi videbar. Similes nequitias prona in cervicem meam redhoſtibat Iſmene: verum illa dum ludit.

Meras delitias, meros amores.

repente balineum incendit. Ego his artibus ſitiens virginis ubera, quæ ſuaviſſimo lacte ſcaturiebāt, in ſomnis arripui, confeſtimque ori admovens frigidisſimam voluptatem ipſo nectare dulciorem hauſi. Denique improbus ſomnus mutuo ambitu alligatos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

alligatos, inque ulnis jacentes conſopivit. Nec mora cum Iſmenem geniali lecto magnificè parato nuptiali mundo decenter ornatam, ſplendidôque coronamine mecum fulgentem, gremio meo collocavit. Domus hymenæum perſtrepit.

Largè multiplici conſtructæ
ſunt dape menſæ.

Amores ſaltationem & conſuetos ludos explicãt. Alius ſceleſtiſſimus hortum. in eoque viſam Iſmenem fingebat: mequè lecto excitatum ad illam ducens amori meo ſedu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

lam operam præſtitit. Ego virginem invitam detinui: poſtque crebros amplexus, morſicationes ac baſia, ſolidã demum auferre voluptatem conatus ſum: ſed quia per illam minus licuit, amorem illum in contentionẽ traduxi, Proximat interim puellæ mater, quæ crine prehenſam trahens, tamquam raptum ex præda ſpolium, probriſque incilans, & ſermone indecorans turpi, vapulare juſſit. Steti in ſtuporem attonitus, veluti de cœlo tactus. Verum ſæviſſimus ille ſomnus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ſomnus, nec me ſenſus
impotẽ animique exter-
natum manere premiſit.
Etenim Panthiæ linguã
in Tyrrhenam utique tu-
bam mutavit, quæ frau-
dem meam manifeſtam
faceret, & præconium
turpi fama differret. Papę,
inquiebat illa, quæ ſcena
quæ diſſimulatio? ô Iupi-
ter diique omnes, ecce il-
lum caſtiſſimum præco-
nem, qui à nobis veluti
Deorum aliquis exceptus
& habitus, mœchus, lu-
xurioſus virginibus vim
infert; alterque Paris Au-
licomidem venit. Ille the-

ſaurum meum rapit, divitias prædatur. Sed teneo te latronem, parietum perfoſſorem, ſceleratum opum mearum raptorem. Vos advoco, matres omnes, quæcumq; virginum filiarum cuſtodiam pervigiles obitis: Aſpicite inſidiatorem, lauri corona, ſacra veſte, calceoque diſſimulatum. En uti leoninam indutus hiſtrioniam agit. Sed dolum filiæ caſtitas arguit: iam occulta fraus nudatur: jam non præco, ſed raptor, ſed latro, ſed tyrannus appellandus eſt. Agite, infelix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

lapidibus obrutus tragœdiam verè impleat. Sic utique opera noſtra figmento ſuus merituſque conſtabit finis; atque hoc ſupplicio truculẽtus prædo innoteſcet ad mulierum decus, virginum tutelam , & Aulicomidis perennem gloriam.

An non mulieres occiderunt Ægypti filios?

& Polymneſtori fæmina oculos eruit? His dictis furentium mulierum aciem inſtruere ac contra me ducere viſa eſt. Ego repentinæ viſionis ſtupore pavidus, Perij, Cratiſthenes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ſthenes, exclamavi. Ille turbatus lecto exſiluit, meque tactu quieti revulſum altiſſimo ſomnio excusſit. Ego tamen per Deos ipſisſimas mulieres intueri exiſtimabam; iterumque, Perii, dixi: Panthia fæminarum exercitum adverſus me ducit; ſed Jupiter cujus præconium mentitus ſum, primus me ſuperavit. Tu quidẽ, inquit Cratiſthenes, rurſus dormire mihi videris. Rejicio ſomnium iſtud, ſubjeci: ſtatimque ſingula quæ dormienti acciderant narravi:

uti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

uti me ludos fecerant, uti inani edulcaverant gaudio, & quæ cætera finxerant; Iſmenem in horto inventam, ejus caſtitatem vim meam, rixam, ultimò Panthiæ adventum, virginis raptationem; quibus machinis, injuriis, impetu adorta, qua fæminarum acie, cujus intuitu trepidus formoſum Cratiſthenem crebrò appellaverã: ideoqe, Sollicitus ſum, inquam,

Quò ſe ſe vertant tanta ſortes ſomniûm:

Fortean futura in ſomnis numen oſtendere

ſæpius amat.

Nam quæ de luce uſurpant homines, cogitant, curant, vident,
Quæque agunt vigilantes agitantque, ea multum in ſomno accidunt.

Hoc tibi evenit, ex quo te Iſmenemq; auditus circa januam ſtrepitus diviſit. Verũ ecce Soſthenes qui ad nos feſtinus properat. Perij, inquam. Interea Soſthenes cubiculi januam proximat, Iſmenia exclamans, univerſa aulicomis limen tuum obſidet, te unum quærit. Tu modò coronam, ſacrum calcea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

calceamentum, veſtemque, ac cætera præconi ornamenta ſume, uti tibi Neptunus ſelices ventorum animas Eurycomidem redeunti immittat. Ego exſternatus animi metuenſque, etſi Soſthenis orationem in ſpeciem fictam ſuſpicio eſſet, ſolennia tamē præconii indutus, horto me reddidi: ſtatimque maximā puellarum multitudinē oculis arbitratus ſum, omnes candido ſplendentes amicimine, & laure coronamine inſignes, ad caſtitatis indicium fulgebāt. Vti
vidi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

vidi, uti ſomnia mea evẽtum ſuum conſequuta putavi: itaque penè depoſitus anima, vitaque ſepultus ſteti, donec ſe meis oculis obtulit Iſmene puellarum in medio, velut inter ignes Luna minores, regio habitu, & laureata uti virginem decuit. Ego obtutum acerrimum in illam deſtituens inclinato leniter capite furtim ſalutavi, Illa veſtem componere ſimulans & amatorium ridens, multo apertius me ſaluta vit, eoque facto maxima voluptate animũ & audacia implevit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

vit. Acceſſi horti januam,
otamque Aulycomidem
n deducendo me occu-
patam offendi. Nam alii
venuſta carmina iterãtes,
alii cymbalis conſtrepen-
tes, & cereis lucerniſque
luminoſi, viam floſculis
ſternebant: alii tentoriis
parandis laborantes hy-
mnorũ modulis & accla-
mationibus cæteriſque
honoribus proſequeban-
tur: qui non modò præco-
nibus, ſed ſacro Deorum
immortalium comitatui
tribuuntur: quæ omnia,
ne gloriæ per quâm cupi-
dus videar, porrò remetiri
nolo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

nolo. Relicta Aulicomide Iſmenes patria, quæ formoſis mulieribus nobilis eſt, Eurycomidem veni, tanquam paradoxus, aut quinquertio, ut omettam ea quæ interim geſta ſunt. Tum veró rurſus arrecta civitas & populi frequentis turpa præconem cingebat. etenim patria mea cum Aulicomide certabat, primas comitatus & pompæ cedere neſca. Ita gratanter & maximo cum honore ad jovis hoſpitalis deductus ſum; inſequēte omni quæ mecum navigaverat turba. Themi-

ſteus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

teus pater & Diantea ma-
er medio in theatro in
mplexus & oſcula effuſi,
promicantibus gaudio la-
crymis domum deduxe-
unt. Ego inter alia quam
nagnifice Soſthenes ex-
eptum me Aulicomide
nabuiſſet, patri recitavi.
Vix fidem feceram, cum
llum accedens pater, Sal-
vus ſis, inquit; nos tibi co-
mitatis tuæ gratiam &
Iovi hoſpitali habemùs:
atque èveſtigio larem no-
ſtrum ſuccedere voluit u-
nà cum omnibus, qui no-
biſcum navigaverant. In-
greſſis ſtatim appoſita eſt
menſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

menſa. Themiſteus ac Diantea, egoq; depoſitis præconii inſignibus accubuimus, quà in hortum proſpectus erat. Adverſ Soſthenes, Diantea ac Iſmene. Laudavi ordinem convivii tacitus, fauſtique ominis loco accipiens, in felicitatis parte poſui, ab ipſa, uti vulgò dicitur, linea faventiam amoris expertus. Bibendū erat; jamque Soſthenes ac Themiſteus placidè contendebant, quà decet prudentia ſenes. Victus Soſthenes primus bibit, ab illo Themiſteus victor,

vin-

vincere enim apud ſapiẽ-
tes cedere eſt. Ab illis mu-
lieres; ſed cum ſilentio,
quod illas maximè decet.
Ad me tandem Calliſthe-
nes venit: illum enim pa-
ter vinum præbere juſſe-
rat. Ego poculi tantillum
ſorbillans, mox veluti
pœnituiſſet, præbenti
reddidi, etiam increpans,
quòd ordinem convivii
imprudenter turbaſſet. E-
enim virgo quæ adverſa
ſedebat, prima bibere de-
buit. Perſvaſus Calliſthe-
nes puellæ calicem inge-
rit. Illa confeſtim amba-
bus ſuſcipiens, mox ſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

mis digitis retinuit; ſubitoque rei geſtæ conſilium aſſequuta, geſtu gratiam habuit, ſummiſſo paulum capite, veluti cupreſſus, quæ levi zephyrorum flatu vagat. Tot geſtus ille Veneres exhibuit; viſuſq; mihi eſt merum amoris exemplar. Ita communis poculi hauſtum mutuò amãtes alternavimus. Labiæ præter ſolitum afficiebantur, dulces amorum ſuccos exſugẽtes, totoſq; nos mutuis obtutibus invicem in animas admiſimus. Eſtur interea potaturque. Primò Sostheni-
Calli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Calliſthenes vinum præbuit, mox Themiſteo ac Panthiæ & Dianteæ matri: demum Iſmene acceptũ ſummis digitis poculum ori verecundè admovit, vixque deguſtatum plenum reddidit, ſolito virginum pudore ad diſſimulationem uſa. Me verò cujus aſpectus menſque animi in unam conferebantur, hoc nõ latuit; ſtatimque poculum poſtulavi, ſitim ex obito præconio cauſſatus. Calliſthenes (quid enim egiſſet?) illud præbuit. Videbar ipſam ſorbillare virginem, ejuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

que labella oſculo furtivo baſiare, calicem nactus qui cariſſimæ Iſmenes labias deferret. Itaque bibẽtis animum ſimile quid per Deos affecit, uti cum in ſomnis mammas ejus exſugebam. Nã & curioſius inquirebam, ſiqua poculi parte impreſſa labellorum veſtigia exſtarent. Illa geſtum aſpectumque & cum voluptate vini hauſtũ contemplata ſubriſit, gratiaſque omnes ac ipſum Cupidinem oculis tamquam in ſpeculo exhibuit. Poſt ciborum cupedias quas ore manu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

que interfeci(oculos enim & cætera corporis membra acutiori ſenſu prædita Amore velut emta ſibi habebat Iſmene) iterum Calliſthenes puellæ vinũ præbuit. Illa mininum labellis minuẽs, matri bibere nolle ſignificavit, diminuta admodũ voce, veluti

Pinea brachia cum trepidant ſtridentia flabris
Favonii.

Itaque Calliſthenem poculum accipere Panthia juſſit: quod fecit, exceptumque mihi tradidit, Ego eſuriens accipere atque exſorbere rebar. Cer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

té plenum baſiorum poculum nactus ipſis ſuaviorum volis os adplicui. Nempe mihi vinũ nectar erat, ſed quale Venus miſcere & Cupidines bibere amant. Poculum verò ſpeculi loco fuit, quod puellam nativo decore inluſtrem in animam deferebat. Poſtquã exemta fames epulis, & bibendi compreſſus eſt amor, ſumptuoſiſſimo convivio finis impoſitus eſt. Themiſteus ac Diantea, Soſthene, Pãthia ac formoſa Iſmene cubiculo redditis, diſceſſerunt. Prius tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Diantea virgini
Et dedit amplexus, atque oſcula dulcia fixit.
Invidebam matri per Deos, adeoque muliebre ſecus præoptavi: ſed cum ſpes decolaret, matris labia ſuaviatus, ſic puellæ vultũ oſculabar. Sic amori meo mater inſerviebat, ſic Iſmenes baſia deferebat. Cæterum quo adverſus virginem animo pater materque diſceſſerint, certò non novi. Nam ſolus inde pedibus abſtractus, animi mente oculiſque veluti depoſiti, aut idonei fidejuſſoris loco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

relictis, quieti receſſi. Tunc anxio cogitationum ſalo fluctuantem ac mentis incertum ſomnus fugiebat. Nam Aulicomidis ſummam ergo hoſpites reverentiam etjam ad pedes uſque mirabar. Apud nos, inquiebam, quibus & Jovis hoſpitalis ara & Diaſia feſtum eſt, vix ad manus uſque. Cur enim puellæ pedes, ut illa meos, honoris ergo non lavabo? cur non oſculabor ut oſculata eſt? cur non leviter premam? cur molliter, ut amantem decet, non fovebo? Ita gravem dominũ
Amorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Amorem expertus, magnam noctis partem perpeti vigilia conſumſi, his amatoriis cogitationibus occupatus: mihique ſomnus ac voluptas vigilãti fuit de virgine cogitare. Oculos tamen laboris moleſtia in ſomnum trahebat: adeòque amoris ac ſomni certamen erat, oculis interim obſeſſæ ciuitatis ad inſtar in medio ſtãtibus. Tandem velut ex machina ſomnum in oculos labor ejaculatus eſt: verum amor ambiguis curarum motibus marcidis ſuccurrens luminibus, ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

litationes iſtas cohibuit; donec labor poſt ingens certamen victor tenuem ſomni nebulam occultè injecit. Circa tertiam ferme vigiliam noctis pater meus Themiſteus ac Diantea mater cum Soſthene ac Panthia, ſinguliſque qui Aulicomide venerãt, ad Jovis profecti ſunt, rem illi facturi, pacemque uti decet expoſcere parati. Sola Iſmene, quoniam virgines in conſpectum hominum prodire indecorum eſt, in cubiculo relinquitur. Ego verò (neq; enim hoc me fugiebat)
ſtatim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

atim ad virginis lectu-
m accurrens, decum-
enti ſuavium impreſſi.
xſiluit attonita rei mira-
ulo Iſmene, Papæ excla-
ans. Sed ego me Iſmeni-
m eſſe ſignificavi, mo-
uique ne trepidaret; cum
icto iterum baſium pan-
ere auſus. Illa ſtatim de
atre ac matre ubinam
ſſent quęſivit. Sacrifica-
uri, inquiebam, ad Jovis
oſpitalis properant; nos
mori non ſacrificabi-
nus? Imò verò nos, pudo-
emque noſtrum. Confe-
imque virginis in am-
lexum effuſus ſupinatæ
oſcula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

oſcula conlabellavi; quibus adlubeſcebat verecunda, & quaſi ſurpuiſſe viſa. Ego pertinacius ſuavia ingerebam, crebrãque morſicationem inſtruens, ſuaviſſimum cibum ſumſi qualẽ amatoribus Venus parat. Ingemuit tenue quid amatorium Iſmene: leviſq; ſuſpiritus ille merum amorem ſtillans meraciorem animo voluptatem ingeſſit. Itaque virgini tamquam viti adhærẽs, immaturas uvas ore preſſi ambroſiam qualem Cupidines exprimunt labellis exſugens; digitis præter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

abias etiam vſus; uti verè
nimam meam in nectaris
olium compreſſam effu-
amq; erederē. Sic oſculi
indemia, cujus ſatias
ulla inter nos erat, innu-
nero gratiarum choro
tipatos. Regerebat ſuavia
ſmene, alligatumque
ederaceo ambitu corpus
ungens, amplexus edebat
mabiles; donec poſt cre-
ras baſiationes, ac libe-
oris amoris nequitias
olidam voluptatem ſeriò
decerpere aggreſſus ſum;
ne ſi relinquerem, mali
minis loco eſſet. Verùm
Iſmene manibus pedibuſ-

que

nerant domini ædibus me
reddidi. Ibi furens iterum
domina amore inſaniens,
impudenter me amplexa
de oſculo pugnabat. Me
per deos vultum præ ve-
recundia tegentem pude-
bat, & dominæ quæ in me
tyranniden exerceret, &
Iſmenes quamvis abſentis
præter illud quòd caſti-
tati metuebam. Etenim
veſte apprehenſum, non
ce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

edentem, imò pertendẽ-
em obſtinato hera trahe-
at animo. Ita novum in-
olenſque inter dominam
& ſervum exortum certa-
men eſt. Ego caſtitatem
ervare contendebam, dũ
more capta prorſus do-
mina quidquid ingenui
mihi reſtabat, illud quaſi
ure ſuo retineret. Com-
modò rediens aliquis dò-
minum adventare nunci-
vit, & cum dicto ille ad
nnuam erat. Itaque ejus è
manibus, velut ex Barba-
is liberatus, aptiſſimè il-
ud ex Tragœdia retuli:
Quomodo aliquando, ô
domi-

domina mare nata Ve-
nus.
Aſpiciunt vultum mari-
torum?

Adſuit interim dominu[s] ſubſequentibus Soſtrat[o] & Soſtrati filia, quæ Iſmenes manibus innixa veniebat. Appoſita ſtatim ſaliaris cœna eſt, & ſplẽdidè ſumptuoſeque, depoſitis prius præconij inſignibus, herus, & cum illo domina, quæ virũ inverecundè oſculabatur, accubuit: poſt illos demũ Soſtratus & Rhodope. In hoc eleganti cõvivio dominis & Rhodopes patri vinum

iuum prebere juſſus ſū.
Ad dominæ pedes Iſmene
dē factura cōſtitit, ut in
præbendo etiam pocula
aſtitatis jura integra ſer-
arentur. Ita nos lepidè
ommiſcuimus, ut invicē
mantes in ſervitute ſi-
hili, uni pariter miniſte-
o inſerviremus. Domi-
a prorſus, ut dixi, amori
nancipata, poculo, quod
manibus accipiebat me
, alludebat & illudebat:
ut potius ipſā, ſi verum
reamur, in me poculo-
ue ludebāt Amores. Et-
nim modò digitum cō-
rimens, modò manum
to-

totam cum poculo trahens, aliiſque modis ludebat, aut ab amore ludebatur. Quæ ſingula veluti ignem fugiens, mox cum Iſmene, quæ pariter vinum fundebat, ludebam: ita dominæ luſibus, ancillæ potiores luſus exiſtimabam. Advertit hoc Rhodope, atque ut Iſmene colluderet annuit, quaſi ipſa per illam ludere videbatur; quæ ſingula intuitus, Rhodopen Iſmenes potius ſervã credidi, quippe quæ ſuam illi ad amorem operam præſtabat. Ita inter luſus amo-

ref-

reſque & dapales delitias ſoluto convivio, nobis quoque miniſterium finii., Iſmene Rhodopē ſecuta cum illa ſimul abiit, amboque in cubiculum quod Soſtrato patri ſplendidum dominus deſtinaverat & ſumptuosè ornaverat, ſeceſſerunt. Ego cũ grege conſervorum in cubiculum noſtrum omniũ profectus cum illis accumbens poſt cœnam denique obdormivi. Circa tertiam noctis vigiliam Soſtratus cum Rhodope dominiſque noctem totã in templo tranſacturi evi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

gilarunt, Iſmene mequ
ut ſervos decet, domin
comitantibus. Vix ad a
ram laurumque & tripo
da pervenimus, cũ mur
mur ſtatim & inconditan
vocem confuſumque tu
multum ſenſimus. Luctu
erant õnia: Themiſteuſ
q; pater meus & Soſthe
nes Iſmenes parẽs leſſun
occœperant. Verum &
matres noſtræ lapidem
quod dicitur, à linea ad
lacrymas movebant; ho
rum omnium quæ ad cõ
miſerationẽ movent quid
non dicentes? facientes
miſerabiles ipſo habitu

ſer-

rinone etiã magis, Al-
yones dolorẽ & Philo-
helæ planctum ſuperare,
Niobes etiam imitari la-
tymas videbantur. Ete-
im ambo de luctu certã-
es, ambo victrices victæ-
que, veſte diſrupta genas
adentes & pectora tun-
dentes, ambo crinem quo
ugentes ſolent modo,
ſparſo etiã cinere ſordẽ-
tes poſuerant: præcipuè
mater, Apollo, inquiebat
mentis inops & quaſi præ
nimio luctu furibunda,
perii. Phœbe Apollo, to-
tius generis mihi crinis
abſciſſus eſt. Floridi prati
X2 loco,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

loco, quod curarem, fili
fuit: ſed fuit, adeoque c
arboribus prorſus & fl
ribus abreptũ lugeo. Qu
dico de prato? fons, m
rum mel ſtillans, form
ſus ille fuit: jamque h
ſublato ſicca & arida, m
rum abſinthii alveare,
quam maximæ maloru
ſegetis amator obruit. T
tiſſimus portus Iſmeni
mihi erat, cujus in receſſ
tamquam in portu qui
ſcens navis, nullo ſalo ja
ctabar. Nunc locoru
nullibi ille portus, ſed i
medio velut mari fluct
bus agitata feror. Ego il
lum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

um candidum meum ſo-
em habebam : nunc illo
btecto ſine ſole mori-
unda mater jaceo; infeli-
es tenebras illa quondam
mabili & ſuaviſſima Eu-
ycomide permutare pa-
ata. Sidus mihi olim luci-
iſſimum occidit; meque
enebroſa nox obtexit;
mque dulciſſimo meo
mine exſtincto in tene-
ris ambulo. Tuus, ô A-
ollo, genitor lauro illum
oronatũ præconẽ, diram
ulycomidem proficiſci
iſſit, etiam me felicitatẽ
lam ad cœlum uſque ex-
llente; nunc verò con-

trà ad ipſas uſque Ereb
portas infortunium repu
tante. Nempe alicubi ter
rarum ille qui præco fuit
exulat; qui dominus fuit
ſervus eſt; & qui caſtiſſi
mus quondã, nunc amat
omniũque malorũ cũ u
lus, ego filio orba, illũ at
que adeò matrẽ magis lu
geo. Verũ, ô fili, ô domin
præco, quomodo te amiſ
ſum lugebo? quibus mor
tuũ lacrymis coronabo
Fortaſſe te vivum mih
Jupiter ſervavit: & qu
Græcus ac Græcorum a
mantiſſimus ſẽper fuiſt
imò aliquando præco, &
mul

multorũ dominus, nunc
barbaro ſervis. O tripus,
O fatidica laurus! O Apol
lo vates accipe hæc liba-
mina, & has inſuper ante
omnia lacrymas, atque de
fato oraculum redde.

Intonſe Apollo, ſi leves dorſo comas
Quatiunt volantis mobiles auræ Noti,
Miſerere tonſi capitis, hoc certè vides,
Canum ut reliquit ſacra canities caput.
Sit e vetuſtas prima Daphnæum vocat,
Laurumque longa tradidit dies tibi:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

parce Iſmeniæ filio qui tua quondam lauro caput coronatus meumOrci galea nunc tegit. Hæc & alia Diantea mater miſerabili clamore jactans lacrymarum undis templum totũ inundabat. Verùm & Iſmenes mater Panthia amarum etiam, tamquam reſponſans, plangebat. Hei mihi, Iſmene filia, continuò clamabat, quæ infelices manus meas fugiens periiſti, & matrem tuam, ab illa tamquam avis evolãs, perdita perdidiſti. Ah crudelem fugã, quæ lumen meum exſtinxit!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

xit! Tu mihi thalamus æreus & turris ahenea eras: & tamen cum utroque virginitas tua rapta eſt. Ego te excelſam cupreſſum putabam, quam in media conſitam anima virgineo rore rigabam, dũ ſpirans ab Eurycomide turbo radicibus avulſam abſtulit. Præco ſine dubio ille non fuit, ſed immanis bellua, quæ complexibus à meis ſublatum per vim omnem meum theſaurum rapuit. In meſſem meam facem injecit, vindemia me ſpoliavit, & roſarium floribus orbum reliquit. Co-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ronata illa fera Auly comidē venit, & ſublata mihi corona mox caput inornatū deſervit; nempe virginitatem ſimulans te per fraudē abduxit; unde cruciabili mærens animo totis viſceribus læſis doleo. Truculentus fucus apem mellitiſſimā Iſmenem meam ſic rapuit, & animam abſinthio luctuque implevit. Dira illa & immanis aquila, quæ cum pro te Diis rem facerem, partes mediis ab ignibus rapuit, jam tum malū omen & infelix fuit. Nunc ſæva Jouis omina eventum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

tumſuũhabuere: tuque ſuaviſſimus fons meus, qui feſſæ ætatis amarorem dulcem & toleratu facilẽ reddebas, aliò derivatus es, dum te anima mea ſitit, ac tamquam pulcherrimum fluvium os meum quærit. O filia quo te luctu, quibus lacrymis proſequar? an ut mortuã? at ubi terrarum ſepultam? quis te tumulus menum Gratiarum fontẽ tegit? Sed forſitan juventuti tuæ

Lethi pepercit dira neceſſitas.

Hoc ſi ita eſt, quæ te terrarũ ſola detineant ſcire aveo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

aveo. Prorſus ille tyrãnus ſcelere & audacia conflatns, qui præconium ludibrio habitum mẽtitus eſt, ille virginitatẽ tuam ante tempus imminutã rapuit. O infelicitatem meam! ô cuſtodiam incuſtoditam! ô ſubleſtam belluam, quæ Iſmené meã verbis aſtutè clepſit, & aſtutius rapuit.

Fatidica laurus, voſque garruli ſpecus
Vnde loquaces, nemini mortalium
Negate nullis ſeculis umquam Deus,
Accipite lacrymas, quæque luctus debiit

Suprema ſolvit munera aſ-
ſuetus dolor
Orbæ parentis.

Hæc & ſimilia dũ matres anxiæ ærũnabili voce lugebant, patres noſtri gravius etiam plangentes, O filii, inquiebant, vos periiſtis noſq; vobiſcũ. Amor contra vos pugnans expugnatis pectoribus uestris caſtitatis etiam veſtræ decus rapuit: nos viles animæ relinquimur, tamquã confractæ conchæ æſtibus. Amor roſarium veſtrum floribus ſpoliavit, animos veſtros telo ſuo ſaucios aduſſit, juventu-

tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

tem veſtram igne ſuo ac-
cẽdit: aduſta prorſus & in
cineres redacta ſenectus
noſtra eſt. Amor jovis fi-
lius patri adverſatus in
medio feſto, celebritatẽ
inter & diaſia, præconis
tamquã captivi virgini-
tatem abreptã prædatus
imò toto parthenone op-
pugnato, animorũ men-
tes expugna vit. Nos iſta
lauro tuo, ô Apollo, filio-
rum noſtrorũ capita co-
ronavimus: ſed coronam
Amor abſtulit, & ſordẽ-
tem canitiem noſtram ci-
nere coronavit Tu ſene-
ctutis noſtræ miſertus
con-

contra illum parricidam auxilio eſto, & ſupplices quas tibi libamus inferias pro fato functis in ætatis flore filiis & nõdum matura juvẽtute accipe. Iſta parentes vix effati erant, cum mœſtiſſima quæ aderat turba, oculis lacrymarum plenis ſonorum & altum ingemuit. Ego ad Iſmenem accedens, taciteque illam trahens, num hæc omnia videret ſciſcitabar. At matres, reſpondit illa, nõ amplectemur? tamen ut oraculum exſpectando, ſe contineret, perfeci. Et verò ſubitò
leni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

leni cum ũdarum cachin-
no tripodis ſonus audiri
ſed&ipſa fatorum conſci-
laurus quaſi vento agitata
moveri videbatur: etiam
furentes, & dei qui futura
nunciabat numine pleni
ſacerdotes vaticinabãtur.
Redditum oraculum fuit,
quod parẽtibus reſtitutos
nos in manum convenire
jnberet. Horruit ad hoc o-
raculum quæ aderat mul-
titudo, matreſque noſtræ
præ voluptate lugebant
ſaltantibus ante aram pa-
tribus. Nos interea mani-
bus invicẽ complicatis ad
dei genua effuſos accur-
ren-

entes rapiebant matres,
x in amplexus ac baſia
uentes lugenteſque, ita
t à ſe avelli nõ pateren-
ur. Detinebant ex alia
arte Themiſteus & So-
thenes totis animorum
ffectibus, & diuiſa, ut ita
oquar, nobiſcum anima
rahentes, gratiis pro ſa-
ute noſtra actis lætiſſimi
laudebant. Denique ple-
es tota Apollinẽ laudi-
us proſequuta. nos co-
onari gaviſa eſt. Verum
lle quondam herus meus
x Soſtratus Rhodopes
ater cũ in nos irruiſſẽt,
emeraria pleraque & o-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

minoſa etiam effutientes, ipſo ultimum convicijs laceſſito ſacerdote, res noſtras populo narrare exorſi ſunt: ut nempe barbarorum é manibus ereptos & militari lege ſervos factos poſſiderent. Verum ad hæc optimus qui nos coronaverat ſacerdos, O pulchram, inquit, legem qua Græcis mancipijs uti licet: voſq;, ut video, religentes valde & pios. qui deorum præcones ſervos facitis. Apollo & Græcorum & naturæ obſequutus legibus, natos ingenuos oraculo ſuo natálibus reſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

reſtituit; vos altero veſtro oraculo & legę contrà ſervos eſſe jũbetis. Nos vero, reſpondebant Illi, legem novam non ferimus, ſed belli jure vobis ſervi effecti ſunt. Et cum dicto nos.qui ab numinis genibus avelli non patiebamur, trahebant. Ipſe quidẽ ſacerdos præter lugentes matres patreſque, qui verbis & lacrymis ſupplices auxilium petebant, manibus etiam quanta vi poterat repugnabat: ſed cum perſuadere non poſſet, jamq; erepta nobis corona eſſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

tum demũ ſacra veſte & calceo depoſitis. ſuggeſto conſcenſo, alta & Stentorea voce populum ſic adoravit: Quid fruſtra tanta multitudo ad hoc templum rogatura accedis? habes illos legiſlatores quibus & vatibus frui potes. Satis oraculorum tibi, Phœbe Apollo, ſatis coronarũ eſt. Commotus ad illa turbatuſque populus contra raptores noſtros audacior factus eſt. Itaque illi ſtatim dei ad pedes effuſi, ſacerdotem, ut Apollinem placaret, in vitæ periculo conſtituti-

pre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

precabantur: noſque cũ dicto poſtquam deum rogaſſent, ut cogitata dictaque non meminiſſet, liberos eſſe juſſerunt. *Ita* rurſus coronati liberique parentibus redditi ſumus, qui ſtatim pro ſalute virbiorum quaſi natorum numini gratias agentes feſtis cantibus choreiſque nos reduces, omniumque victores, ſimul ſaltantes eximium reſtitutæ libertatis ergo pæana canẽtes excepere. Vocabat interim prandiihora, noſque hoſpitio ſacerdos exceptos ſaliari convivio tra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ctavit. Iſmene quidem de-fixis præpudore in terram oculis, cibos ne manibus attingere auſa eſt. Ego contrà quovis Olympionica lætior, præter manus oculoſque menſæ conjunctisſimos, convivij cibis, nuptias animo cogitans, etiam fruebar. Poſt diverſas opiparaſq; epulas, ſurgens menſa ſacerdos cincta veſte, nudatiſque aliquantum brachiis poculum ſervatoris Apollinis illud eſſe dictitans, præbuit. Primi Themiſteus & Soſthenes, ſecundæque ab illis matres bi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

biberunt; Gratias agimus, o Apollo, dicentes, ob pulchrum iſtud filiorum apud nos depoſitum. Nobis tertio poculũ ſacerdos cum hoc dicto tradidit: Apollo inter vos hoc eſſe poculum commune vult, qui & vobis oraculo nuptias imperat, & libertate reſtituta toto vitæ curriculo eorumdem cõmuniter participes, & indiſſolubili vitæ ſocietate frui jubet. Hæc effatus accubuit, iterumq; ad me converſus, Iſmenia ſponſe, inquit, (tibi enim hoc nomen autumans deus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

tribuit) non negabis, ut puto, rerum tuarum narrationem à prima repetitam origine ad finem uſque pertexere. Tu flammas, inquam, accendis, innumeroſque jubes: renovare dolores. Te tamē per Apollinem, reſpondit ille, obteſtor ne quidquā ſileas, per libertatem tuam & nuptias quas tibi tam ſplendidé numen paravit. Verum optimo ſacerdoti, ut harum deſineret precū, perſuaſi, quia pudore turbata mens animi, territaque etiamnum hæreret, in craſtinum inte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

tegram narrationem ſer-
vaturus. *Ita* finito convi-
vio nos cubiculis reddidi-
mus? quorum alterum
Themiſteo patri matri-
que & miſi; ineoque tre-
decti parati erant. in qui-
bus ſomno conceſſimus:
alterum Soſtheni pariter
& uxori Iſmenæque. Ita
diſcreti ſeparatiq; nocte
dimenſi ſumus.

LIBER UNDE-CIMUS.

SEQUENTI die cũ ad Apollinis arã laureati veniſſemus, libertatem reſtitutam celebravimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

felicis rerum exitus ergo cantavimus, & liberati plaudenteſque nobiliſſimo ſacrificio Apollini pacem expoſtulavimus. Turba quæ ſine numero præſens aderat, inconnivo in nos defixa obtutu, digito mõſtrabat. ta noſtra omnium in ore hiſtoria erat, & in nobis Apollo utique laudabatur. Interim cibi capiendi hora venit, iterumque parato ſacerdos opiparo convivio dapaliter excepit. Circa finem, rerum noſtrarum cupidiſſimus, nimio diſcendi ſtudio, avidè urgen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

tendi finem cum non faceret, ego quamvis me puderet, ideoque tardior & timidior ſubſiſterem, invitus tamen ad illarum narrationem deficiente penè voce & hærēte aſpera ad fauces lingua, me comparavi, initium tenui voce ſic exorſus.

Pater mihi Themiſteus ille quem vides, & Dianea mater, quos tu benignè & honorificè hoſpitio excipis. Vrbs Eurycomis patria, in qua Iovis hoſpitalis celebre templum & Diaſia feſtum. In hac urbe ſorte præconium ade-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

adeptus ſũ in Aulycomidem. Itaque laureatus illam quæ mihi contigerat veni, õnino manificé, ut & Jovis præconium & me præconem decuit. Ib me hoſpitio exceptũ Soſthenes ſplendidè & humaniter habuit; nã & in hortũ deducto, ejus in medio cœnam appoſuit. Proximè pratũ etiam lectum paravit, & Iſmenē filiam vinũ præbere juſſit. Illa parti paruit & finito convivio pedes meos caſtiſſimis manibus lavit. Ego cubili redditus, ſtatim ut nondum amantē de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ecuit, ſomno conceſſi:
ommodũ craſtino ma-
ante ſole hortum iturus
urrexi. Ibi fruticum or-
ines , plurimaque alia
nirabundus, tãdem ocu-
s ſeptum uſurpans, poſt
liquas picturas , aureo
edili depicto inſidentem
nfantẽ inſpexi nudum ,
ed alatis pedibus & for-
noſo vultu flammas at-
que arma tenentem. Sta-
ant quodcumq; ad ob-
equium parati Reges ,
rincipes, & tyranni, feræ
ræterea, ferarũq; præ-
er omne volucrũ ſæcu-
um & univerſum piſciũ
genus.

genus. Proximè inſolentis formæ mulieres duæ proceræ ſupra vulgus & rugarum ſulcis ſenioq; imo triſenio confectæ. Prima prorſus alba vultu, crine, neſte, pedibus manibuſque, ac cæteris corporis partibus candidiſſimis erat. Alterius tota corporis cõpagnes nigerrima, & à capite (ut vulgo dicitur) ad pedes uſque tincta colore noctis videbatur. Hæſi hoc attonitus ſpectaculo, quod ingenii laſcivientis figmentũ aut artificis novam inſolentemq; picturam ſuſpicatus

tus

s ſum. Verum ſuper
ieri caput jambici ver-
s exarati Amorem ibi
eſcriptum docebant, qui
rrui inſidens omnibus
gia poteſtate imperaret
go non ſolum contemta
onvitiis pictura, ſed et-
m laceſſito, ut caſtum
ecuit, Amore diſceſſi.
t ille dormienti per no-
em mihi apparens, ex-
obratis quæ totò die
xeram ſingulis, tandem
timo pectoris penetrali
inſinuans, de præcone
dicoque in amatorem
utatum ſervorum nu-
ero adſcripſit, tradita-
que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

que in dextram manũ I-
ſmene cum ſomno & ca-
ſtitate dum ego amore
ſaucius ſine caſtitate ca-
ſtus, oculis, lingua nutu-
q; Iſmenem depudican-
parem in amorem tranſ-
formo. Ita ex Aulycomi-
de virginis amori manci-
patus Eurycomidem re-
dii. Sed neq; illa penna
ignemque & Amoris ar-
cũ ac linguam prætere-
meam ſingula quæ docẽ
Amores ad perſuaſionem
aptè dicẽtem effugit. A-
mabã igitur puellam; a-
pariter amatus, ipſa dica
Sed & poſt nuptias inte-
no

non conciliatas, robuſtã voluptatem mihiſubri-pere, volenti, per Iſmenẽ uti; verum dicam, non licuit. Dum hæc aguntur, Soſthenes virginis pater medius inter opiparæ cœnæ delitias matrimoniũ aliud filiæ cum nuncii aſſet, nos illud fugiend deſiderio fugæ viam inivimus, ad illam inſtruendam etiam Cratiſthenis opera uſi, & nave quam commodum conſcendẽtes ſecũdo vento ex Eurycõide diſceſſimus. Ita lati fugiebamus;

Cúm deus attollens æqua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

les montibus undas,
Turbatoque mari mi
ram ſubmergere n
vem
Certavit.

Tandem fœdæ tempeſt
tis inſania, pretium qu
redimeremur imponer
dum gubernator edixit
quod dũ ſortiremur, c
cidit ſuper Iſmenem ſor
quæ ſtatim in mare pr
ceps deturbata tranquil
tatem undis reddidit. I
cæteris quæ ſubſecu
ſunt, viventem rurſus
bã aſpicio: ſed qua rati
ne. per timendam illa
tempeſtatem. Neptun
qu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

que, & acerbam quã nos paſſi ſumus ſervìtutem, per Apollinis ipſius numen, & redditæ libertatis dulcedinem ignoro. Me totam interea navẽ infelici gemitu turbantem, lacrymiſque rorantibus inundantem non tulit impatiens cum reliqua nautarum turba gubernator, ſed appulſa ad littus ſcapha navi exoneratum reliquerunt. Ibi in arena velut in vacuo tumulo ferales lacrymarũ inferias puellæ libabam, cum me triremis ex improviſo ſuperveniẽs bar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

baris hominibus, ple[illegible]
invaſit. Illi ferino prorſ[illegible]
more injecta crudelit[illegible]
manu arreptum crinib[illegible]
etiam immaniter in trir[illegible]
mem tractum ad rem[illegible]
collocarunt. Mox & fin[illegible]
tobarbarico prandio in[illegible]
ſolventes, oppidulũ al[illegible]
quod cum in vaſiſſent, [illegible]
illo miſerè direpto na[illegible]
ſpoliis implevifſent, ju[illegible]
venibus ad remos ſede[illegible]
juſſis, cæteros provectio[illegible]
ris ætatis & exoleti flor[illegible]
occiſos in mare præcip[illegible]
tes dederũt. Etenim m[illegible]
gnam hominũ multitu[illegible]
dinem, quanta nemp[illegible]
fue[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

erat, barbarorū manus
x hoc oppidulo prædata
bduxerat, mulieribus
jam cum ad libidinum
arū flagitia uterentur,
lverſus virgines ne ta-
u quidē, uti de barbaris
ſpicari promtum, in-
lenter ſe geſſerunt. Ita
bem Artycomidē ve-
mus, ſtatimque pactis
rbaricis quibuſdam in-
ciis navem omnibus
æcumque diripuerant
oliis exonerarunt. Vir-
nes quotquot erant,
ianæ fonti primò cre-
tæ, illiuſque undis pro-
tæ, magnô diſtractæ
 ſunt. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

De nobis adoleſcentibus feminiſque ne quidem ullus quæſivit. Ita rurſus triremi redditi ſumus, quam paulo poſtſolutam & abductam in alium portū appulimus. Ibi illa probè rudentibus firmata, in terram cum mulieribus deſcendētes barbari, poſt ſaliares epulas & vina quibus ex Artycomide advectis triremis abundabat, feminis etiam per ſummam turpitudinem abuſi, mero & Venere ebrii ſomno indulſerunt. Inter hæc omnia libidinantes barbaros au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

cupati Daphnipoleos milites, ſtertentes fatigatoſque invadunt, comprehendunt, occidunt, diripiunt; noſque ſimul captivos abductos per mediam urbem celebri triũpho & pompa circumlatos, tamdem oraculo permittente in ſervitutẽ ſorte diviſos adſciſcunt. Ita ſecundo ſervus factus ſum, meque in hanc iſtam Daphnipolim ſervilis neceſſitas & jugum vocavit. Interim tempus Apollinis feſti incidit, & ſplendida celebritas illuſtriſque conventus im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

minebat, cum herus, is qui heri libertatis mihi redditæ ſignum coronam à capite meo avulſã diſrupit, ſorte præconium indeptus, me ſervo ſubſequi juſſo, Aulycomidẽ venit: ubi à Soſtrato illo, qui ſimiliter Iſmenẽ coronam per vim abſtulit, Rhodopes patre humaniter excepti ſumus. Ibi Rhodopes ſervam Iſmenem intuitus, cum ego me illius fratrẽ ſimulaſſem, & illa ſororẽ pariter fingeret, etiã inſpiciente Rhodope amabamus: an verò me deperiret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ret Rhodope, & ſororis Iſmenes famulæ ſuæ uteretur opera, illa dicat. Cætera quæ poſtmodum aram circa contigerunt, tu melius & accuratius tenes; matrũ lacrymas, & parentum quibus infelicem noſtram ſortem miſerabantur verba, oraculum, pignora ſua inventa, libertatis impoſitas avulſaſque coronas, beatam orationem tuã, reſtitutam libertatem, aliaque quæ in templo contigerunt. Hæc eſſatum ſacerdos, cũ me vacere juſſiſſet, converſis ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Iſmenem oculis, Puella, inquit, ego ſponſi tui caſus omnes ejus ab ore didici: tu modo dimidiæ tantum lunæ orbem integrum perfice, uti perfectã poſtea totius hiſtoriæ narrationem teneam. Ad hæc Iſmene, Parce, precor, linguæ, per Apollinem ſervatorem. Nam & virgineam vocem innata verecundia cohibet: neque ego tam projectæ audaciæ unquã fuerim, uti parentibus coram veram rerum geſtarum hiſtoriam pertexere audeam. Denique virginibus tacere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

cere ac ſermonum procaciam fugere, laudi ſẽper & ornatui fuit. Hæc & talia ſacerdoti pudibunda Iſmene reſponderat, cum ille contrà, Filia, inquit, poſt libertatem tibi reſtitutam etiam pulchrum Iſmeniam deſpondit Apollo. Tu verò æterna perrennare memoria narrationem illam velut illi ſacram non curas: adeòque per te miracula illa pereunt, quæ tam inuſitata & inſolita circa vos edito etiam oraculo perfecit. Tacebat illacrymans illa, cum Soſthe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ſthenes defixis in eam oculis iracundum intuitus, Nequaquam, inquit, ſilentium caſtitatis argumentum eſt, ſed modeſta opera, optimique mores. Te tuorum operũm, cũ malè faceres, nõ puduit: nunc illorum recitationis pudet. At nobis optandum illud fuiſſe, uti quæ referre times, facere timuiſſes. Erubui ad iſta, per Deos & occluſis parũ abfuit auribus, varios, tamquam aliquis Proteus, ſubinde colores mutando, moleſtè prorſus patris jocos ferens, illis
ſuc-
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ſuccenſebam. Verũ ſacerdos Sostheni, uti ſe cohiberet, edixit, ne virginẽ inde diſcedere cogeret. Nam & reprehenſionem ſequitur pudor, quẽ tamen res ipſa non meretur. Statimque his dictis ad puellam converſus, ne ideo à narrando ceſſaret, imperavit. Illa ſudore amaro fletuque diffluens, titubãte lingua & offenſa ob lacrymas voce, morantibus tellure oculis ſic incepit: Omnia quæ ad noctem uſque & tempeſtatem acciderunt, vobis hoc à viro narrata ſunt:
cæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

cæterum in mare præcipitem dejectam leviter adnatans delphin, agileſque per undas ſaltus ſubinde vibrans dorſo ſuſcepit amico. Ego nuda pernoxque belluæ & aquarum ſpectaculo turbata, etiam oculorum vertigine ad maris aſpectum correpta nimio piſcis timore diſtracto varijs cogitationibus animo angebar: adeoque piſcem, quo ſalutis auctore fruebar, quamvis inſervientem mihi, tamẽ inimico côtra me animo reputans, quem liberatorem metuebam, illum

am-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

amplexata inimicum amabam. Itaque belluæ metu de fuga ſollicita, cum ejus ineundæ viam quęrerem, irato me committere mari non auſa, reciproco curarum undarumq; fluctuans æſtu, præter varias de delphino cogitationes, his omnibus agitata hęrebã. Iamq; mediis aquis ſpiritum exhalaturæ puer delphino nudus inſidens adſtitit, qui protenſa manu me captam moxque in terram deductam relinquẽs, ſtatim alarũ quos in pedibus habebat, remigio uſus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

uſus, ab oculis ſubitus e-
evolavit.

Interea vaſti deſerto in lit-
tora ponti
Sola gemens, lacrymiſqu
genas perfuſa maden-
tes,
Sæpius ingeminans, ma-
trem miſeranda voca-
bam.

Poſt aliquot dies, quó-
rum ego numerum non
teneo, nauē intuita, ma-
nibus expanſis, ſupplic
etiã geſtu & voce voca-
vi. Navigantes, illa cele-
riter in terram appulſa,
exceptam me ſtatim &
navi impoſitam, commi-
ſera-

ſeratione, uti videbatur, ducti, laceris quibuſdam pannis induerũt: appoſitis etiam quos truncarem cubis, ſuæ communis miſeriæ participẽ fecerunt. Tota nocte propitio vẽto navigavimus: jamque ſalutata quæ paululum apparebat terra, nõ invitis zephyris properabamus, cum oriente ſole, creſcentibus undis & ingruentibus notis, diſruptoque malo, gubernator qua poterat arte tempeſtatem effugere conabatur: Sed miſerum latuit quòd ab fumo fugiens in flammã inciderat. Nam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

que ut appulſa primum
triremis quievit, ferinis
hominibus traditos nos
demū ſenſimus. Etenim
altera in portu triremis
hominumque multitudo
viſa eſt, qui truculentis o-
culis, & nigerrima facie
crudelibusbellarum po-
tius quàm virorum ma-
nibus, poſtquam nos o-
mnes captivos detinuiſ-
ſent, hominibus ſinguli
per ſummum ſcelus occi
ſis. capta lætiſſimi præda
receſſerunt; ſolam me ja-
centem in navis fundo, in
vinculis relinquētes, Po-
ſtridie velo ventis dato
reddita mari triemis, to

ta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

ta, nocte leviter dulci zephyrorum anima ferebatur: Verum ubi primũ cum luce ſummo mane ſol incanduit, proxima cum terra civitas conſpecta eſt. Ibi deſcenſu facto, poſt inducias cũ incolis pactas, piratæ me quoque cum cæteris mercibus exoneratam ductamque ad fontem & lauro coronatam aquis permiſerunt, ac poſt circiter horam inde extractam Rhodope venditam manciparunt, à qua demũ magnam & celebrem libertatis aram perveni: expertaprius dominam Rhodopen, tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

peſtatis ſortiſque & barbaricæ venditionis injurias. Vix ea Iſmene effata erat, cũ ſoluto convivio uti poſt opiparas epulas ſolet, ſomno conceſſimus. Jamque lapſa nocte cum ſuper terram

Et Phœbus albicaſſit & recentatur,

ſomno excuſſo ſtratis omnes exſiliimus, finitaque celebritate inde ſolventes Artycomidẽ venimus, fonte Dianæ arcuque, Iſmenes caſtitatem, ut igne argentum probaturi. Jamque nos fonti proximos univerſa Daphnipolis accurrens cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

cum Artycomide cinge-
bat. Ego circa fontem ar-
cumq; lauro coronatam
Iſmenem inſpicio, dum
quiſque deam precabun-
dus & puellæ miſertus
dubio de rei eventu ani-
mo pendẽs, ac de integra
diffidens, ne caſtitatem
mẽtita redarguatur, pa-
vet. Itaque defixis in ar-
cum fontemque & coro-
nam oculis, ubertim la-
crymãs diverſis ſubinde
cogitationibus oppugna-
bar, dũ interim corona-
ta, acclamante multitudi-
ne, Iſmene, jamque fõti
permiſſa; altũ populi ſi-
lentium nullumq; mur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

mur fuit; quievit tacitus arcus, leniterque ſilentibus undis virgo innatavit. Tota quæ præſens aderat plebes ingenti præ gaudio ſaltans, ſalvam virginem lætabatur, ſignatæque illam pudicitiæ altiſſima voce prædicabat. Ego toto præ voluptate in lætitiam effuſo animo hærebã, dũ egreſſæ fonte virginis (neque enim quiſquam de appellatiõe illa, uti puto, dubitabit) mater in amplexus ruens, laudato qui talem filiam genuiſſet patre, ad Dianæ gratias actura venit, ubi propter victoriam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

coronata eſt. Ita relicto nemini de non imminuta caſtitate dubio, Artycomide diſcedẽtes Aulycomidem venimus Ibi celebratas magnificè nuptias perfecimus, medio in Soſthenis horto, circa ſumtuoſam illam menſã, fõtemque, quo loci primas nuptias invicem amantes contraximus. Arrecta tota civitas feſtis cantibus, plauſuque & lætitia perſonabat. Quid memorẽ geniali coram thalamo & cubiculo tripudia, acclamatũ nobis audientibus crepitu muſico hyménæum? uti denique omnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

quibus potuerit artibus ſplendidas nuptias lætiſſima civitas inſtruxerit? Quis tã ſuavis magnificæq; reperietur eloquentiæ, quis adeô leporis Attici diſertiſſimus, ſũmoq; & facili verborum ornatu præditus, qui illarum deſcriptionem nuptiarũ verbis exprimere poſſit? prorſus deorum alicujus gẽialis lectus, aut Iunonis nuptiæ, venerisque thalamus videbatur mihi. Tam honorificè Iſmenem ducenti ſuboriebatur ingens gaudium, præcipuè quod Iſmenem Amor ad me ſplẽdide de

ductam, & mecũ ſedere
juſſam ſimul magnificè
coronatã tradiderit. Sed
& convivio finem impo-
ni deſiderabam, lucemq;
exoſus, & noctem cupi-
diſſimis exſpectans votis
identidem vulgarium il-
lud, quod in comœdia ja-
ctatur, tenui ſuſurro dice-
bam: O *Iupiter, quàm hæc
longa dies, quæ uſpiam nocti
non cedit!* Ita ſupra Home-
ri præconium, omnemq;
eloquẽtiſſimæ ingeniiq;
aciẽ nuptiæ noſtrę cele-
bratæ ſunt. Verũ ô Iupi-
ter, cujus in Aulycomidẽ
præco profectus ſum; ô
domine Cupido, cujus

ſervus ex Aulycomide, in patriam reducem intuli pedem; tu Ne ptune, qui pro liberatione noſtra Iſmenem, cujus capite luſtratũ navigium fuit, excepiſti? tuq; maxime Apollo, qui libertatem nobis reſtituiſti? voſque Dianæ fons & arcus, qui virginitatem Iſmenes illibatam oſtendiſtis: concedite omnes ne profũdo ſubmerſa oblivionis pelago ſingula quæ nobis acciderũt, rugoſa poſtmodũ vetuſtatis, æviq; longioris caries deleat, ſed ne ipſa quæ mortui

---*Lethæa oblivia potante,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Tu præcipue divum pater atque hominum rex, ſi parilem in Caſtoribus germanitatis amorẽ miratus, æternam in cælis illorum memoriã conſervaſti: nos quoq; ſimiliter qui ſupra fraternos illorũ affectus in vicem amantes vitæ gaudia periculaque omnia communia reddidimus, ab oblivione vindica. Si longos Herculis miſeratus errores, tandẽ immortalem illius in cœlis recordationem exſtare voluiſti; nos quoq; captivi ſervique & exules, nõ imminuta inter hæc omnia caſtitate, fuimus. Quòd ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

præconium mentitus indignè ideo me geſſi, quod Iove patre contra filium Amorẽ permutaverim, ideoq; rerum noſtrarum referri in aſtra memoriã abnuis; tu Neptune pater qui miſertus Icari denominato de illius nomine freto æternitati commẽdaſti; an tu nobis idẽ non tribues, neq; prodigia noſtra deſcripta, & illa quæ in mari nobis acciderunt omnia, ad ultimos uſque ſæculorum fines ſervata, nomen undis faciẽt? Nimirum victũ te puderet; metuiſq; ne noſtra exprimẽdo, tua quoq; notio-

ra facias. Tu igitur ultima parens omnium Tellus, ſi fugientis Daphnes miſeratione ducta, producta, ſponte tua, cognomine planta ſalvam illam occultaſti: ſi Hyacinthum ſimili modo immortalē reddidiſti; an & poſteritati inluſtrem noſtri memoriam non mandabis, nec de nomine noſtro producta gignentia æterna rerum noſtrarū monumenta per ætatū examina produces: in quibus negotia noſtra deſcripta omnibus notiora, veluti publicatura & perennitati perpetuum es commen-

datu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

datura? Verum in te Ennoſigæus Neptunus, terrã quatiens dens, rugienti murmure fremens irruet, & te parentem omnium, hiſtoriam noſtrã conſervantẽ, præterea illum ob Amoris victoriam aſpernatam, undis furentibus obrutam inundabit. Ego matris amantiſſimus cultor & obſervantiſſimus ſum; itaq; Jupiter cœlis, neq; mari Neptunu spernenniter ſervandas res noſtras commendabunt: ſed neq; plantis Tellus & floribus æternas laudabit: Verum Mercurii ſtylo, atramentoq; & ignea eloquen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

quẽtiſſimi viri lin guali-
teris mandatæ, tamquam
perituris numquã tabu-
lis fixæq; adamãte mane-
bunt. Etenim poſteriorũ
aliquis diſertiſſimé ſingu-
la explicando, tamquam
immortali columnæ, ita
verbis ſuis auream ſtatu-
am ſuperſtruet. Sic

Quantum eſt hominum
venuſtiorum.

nos ſimilium venerum
gratiarumq; diſertisſimos
obvio plauſu excipiet: ſi-
militer quantum pudico-
rum erit, caſtitatis ergo
mirabũdi laudabunt. Sed
& ſortis injuria captivorũ
quantum erit, hi pariter
omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

omnes nos alacriori animo ſuſcipient. Denique quibus ad miſericordiam lentus duci faciliſque ãimus erit, prorſus ob infortunia miſerebunt: utq; ita immortalitati rei geſtæ memoria ſacrabitur, dum nos ornatũ libellũ cultũque omnibus, ut in cæteris libellis fieri amat, Amorum gratiis, ſermoniſq; illecebris ſcribemus. Libello auté nomen erit Amorum Iſmenes Iſmeniæque hiſtoria.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 42